

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Sectio VIII. De Matrimonio Conditionato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

propter Matrimonium coactum solemniter maledixisse.

Rogat hic aliquis, & erit quæstio finalis hujus Sectionis, cur Trident. potius excommunicet Dominos temporales & Magistratus quam personas privatas, quæ etiam in dubiè peccant, cogendo aliquem insultè ad Matrimonium?

Respondeo breviter; fortè quia rariùs à persona privata fit talis coactio, & quia coactio personæ privatae, non habet tantam vim, quantum coactio Dominorum temporalium & Magistratum: siquidem in coa-

ctione privata, sive à persona privata, habetur recursus ad Magistratus aliosque Superiores, qui cogentes possunt & debent punire & impedire. Si autem Magistratus ipse cogat, non habetur ad aliquem recursus, nisi fortassis ad supremum Principem, qui non soleret se illis rebus inferioribus facile immiscere.

Et haec tenus quidem de consensu Matrimoniali absoluto, sive de Matrimonio abolutè contracto, absque aliqua propriè dicta conditione. Sequitur agendum de Matrimonio conditionato, pro quo instituitur

## SECTIO VIII.

### DE MATRIMONIO CONDITIONATO.

**S**uppono cum Sanchio de Matr. lib. 5. disp. 1. n. 2. Matrimonio posse aliquid adjicere quintupliciter. Primo; tanquam tempus & diem, qua Matrimonium contrahi debet; ut: *Contraho tecum Matrimonium pro die crastina*. Secundo; ut modum, qui est quasi adjectio oneris, quod volumus obligare contrahentem, & communiter explicatur per conjunctio nem: *Ut; v.g. Dux te, ut divitias aut honorem congeuar*. Tertio; per modum causa, quod evenit, quando denatur causa, ob quam contrahatur, & communiter explicatur per dictiōnēm: *Quia*; ut: *Contraho tecum, quia dives es*. Quartò; per modum demonstatiōnis, quod contingit, quoties significatur aliqua qualitas in contrahentibus, & explicatur per relativum, aut dictiōnēm importantem aliquam qualitatem: ut: *Dux te, quæ libera es aut virgo*.

Quinto; per modum conditionis; cùm scilicet aliquid adjicetur suspendens contrahētum, sub cuius existentia, & non alijs volumus contractum celebrari. Nam de natura conditionis est, suspendere & facere, ut actus possit se habere ad esse & non esse; arg. l. 120. ff. de Verb. oblig. *Si ita stipulatum fuerit*: Hanc summam 100. aureorum dari spondes? Respondet DD. communiter: est *Qua sit* adiectio dispositiōni dependentiæ, ut sit, *conditio latè obligareve incipiat ex aliquo præsentī, præsumpta*.

terito, vel futuro, v. g. *Dono tibi centum, si amicus meus vivit, aut, si naves ex India anno præterito venerantur*.

Rogat aliquis: quæ sit conditio latè sumpta? Respondet DD. communiter: est *Qua sit* adiectio dispositiōni dependentiæ, ut sit, *conditio latè obligareve incipiat ex aliquo præsentī, præsumpta*.

Ex quo pater, conditionem latè sumptam, *Divisio conditionis*, rectè dividi in conditionem de præsenti, de præterito, & de futuro. Dividitur etiam in possibilem & impossibilem: & possibilis de futuro in necessariam & contingentem: rursum contingens in potestativam, quæ penderet in sui adimpletione à sola voluntate ejus, cui imponitur, & casualem, quæ sic non dependet, ac mixtam, quæ partim penderet à voluntate ejus, cui imponitur, partim non. De quibus, & alijs divisionibus, in sequentibus latius. Igitur quod ad nostrum institutum attinet, Dico primo:

**CONCLUSIO I.**

*Consensus Matrimonialis recipit  
diem & conditionem.*

4.  
*Conditiones  
generales non  
faciunt Matr-  
rimonio  
conditiona-  
lia,*  
L. 99. ff de  
Condit. &  
demonst.

5.  
*nisi alterius  
apponatur,  
quam in-  
funt.*

6.  
*An hac con-  
ditio : Si  
non es con-  
sanguinea,  
exterioris ap-  
posita faciat  
Matr. condi-  
tionatum.*  
*Dicastillo.  
Sanchez.  
Pontius.*

**C**ondiciones quædam sunt generales, sic dictæ, quia tacite cuilibet contractui insunt, quævis non exprimantur, ut: *Si vi-  
xerimus;* & illæ non faciunt Matrimonio conditionalia; arg. l. 99. ff. de Condit. & demonst. *Conditiones extrinsecus non ex testa-  
mento venientes, id est, quæ tacite inesse videan-  
tur, non faciunt legata conditionalia.* Aliæ sunt speciales; & ruris quadam harum sunt in-  
trinsecæ, quæ tūclicet Matrimonio ex nec-  
ssitate insunt, quia sine eis Matrimonium con-  
stare nequit, ut: *Si non es consanguinea, si non  
es monialis contra te tecum.* Aliæ autem sunt extrinsecæ, ut: *Si pater consenserit contra te tecum.* De his principaliter hic tractatur; pauca tamen etiam de aliis placet adnotare.

Atque in primis fieri potest, ut conditio generalis, quæ tacite inest, alio modo exte-  
riùs apponatur, quam in sit; & tunc facit contrahendum conditionale, suspendingo ejus effectum; arg. l. 65. ff. de Legat. 1. ibi: *Illi, si volet, Siquidem do, conditionale est legatum. & non aliter ad hæredem transfit, quam si legata-  
rius voluerit: quamvis alias, quod sine adjec-  
tione, Si volet, legatum sit, ad hæredem legatarii transmittitur; aliud est enim juris, si quid tacite contineatur; aliud si verbis exprimatur. Quippe illud: Si volerit, exterius apposita, non signi-  
ficat voluntatem solum internam, quæ est conditio generalis, sed approbationem etiam & declarationem illius voluntatis internæ, quæ non inest omni contractui.*

Sed nunquid etiam hæc conditio: *Si non  
es consanguinea, exterioris apposita, efficit Matr-  
rimonium conditionatum?* Affirmat Dica-  
stillo hic disp. 5. n. 5. quævis negent San-  
chez lib. 5. disp. 1. n. 13. & Bai. Pontius  
lib. 3. c. 2. n. 10. Sed, inquit Dicastillo, est  
quæstio de nomine, quia re ipsa concedunt, quod intendimus significare, & mox subjec-  
tio. Dico ergo esse conditionatum, ita ut per  
talem appositionem conditionis possint con-  
trahentes aliquid intendere novum; nempe  
ut non contrahatur Matrimonium illicitè  
contra pietatem, consanguineis debitam, &  
ut non incurrit poena diffidentiae dispensationis imperrandæ, imposta in Trident.  
fess. 24. c. 4. de reform. Matr. contra eos,  
qui scienter contrahunt in gradibus prohibiti-  
bus, aut quando omisæ sunt illicitè denun-  
tiationes, etiam ignoranter in eisdem gra-  
dibus contrahent.

Hoc autem ipsum non negant Sanchez & Basilus, imò concedunt, loquentes de  
poena excommunicationis, quæ lata est in  
Clem. un. de Confang. ubi non punitur ef-

fetus Matrimonii, cùm is non possit sequi,  
sed effectus contrahentium, seu attenuantur  
contrahere, quem effectum non ostendunt,  
qui sub ea conditione. *Si non sint consanguinei*,  
ineunt tal Matrimonium, etiamque cum u-  
lia agunt, forte sciant, se esse confangentes.  
Hoc autem est quod nos etiam precipue  
tendimus, & appellamus conditionale Ma-  
trimonium; non quia verè resulteret effectus  
& contractus, sed quia consensus ille expre-  
sus per ista verba, est consensus qui fatus  
objectum tantum sub illa conditione, quæ  
si subtiliter, fieret contractus. De cetero  
questio est de nomine. Hec illa.

*Rota Sa.*  
Sed, meo judicio, non est questio de  
mine, sed de re, & satis magna; nam ha-  
bit Matrimonium verè est conditionale, &  
pendit effectus ejus, nec transit in ob-  
jectum, donec partes sciant, an subtili-  
mentum, ut expressis verbis docet Cauda  
de Sacram. disp. 29. dub. 2. ubi aplice.  
Aliquæ (condiciones) ita necessariæ sunt,  
ut iis deficientibus, partes ne quibusdam  
conari contractum perficiere; in contrac-  
tante apparent contrahentes, si serio agerentur,  
vix potuisse intendere aliquid non per illorum  
adiectionem operari. Tis sunt hec:  
Ducam te cras, si vixerimus; Si Deum non  
peccarit; Si alteruter non fiat omnia nostra.  
Cum enim in his nulla sit iustitia  
contrahentes velint suum confessum di-  
cere, nisi de contrario confiteri, certe  
non voluisse.

Aliæ vero sunt, quibus deficien-  
tes, et si invalide, possunt tamen  
contractum perficiere; quia nimis  
non norant eas deficere, aut ut en-  
videantur contraxisse. Talis effectus  
bo tecum, si non sit inter nos implementum  
rimens. Et bonâ fide agentes, quia  
hanc conditionem adjicunt, ne sit  
impeditum, aut confundantur, deinde  
tentur confessile in Matrimonium  
gum, atque ita exterioris ponuntur  
in eo casu, nisi aliunde confiteretur  
contrahentes judicandi sunt velle in  
sensu esse conditionarum, nec  
abolutum, donec sciant, an subtili-  
mentum. Ita Regius, quem proponit  
Dicastillo.

Ergo hic non est questio soli nomi-  
ne, sed de magna re: quippe in famili-  
gia, si illi, qui sic contraherent, amant  
scient, non subesse impedimentum esse possit,  
à priori confessu, vel simpliciter, non  
contrahendo absolue cum alia persona, in  
dum Matrimonium valeret, secundum hec  
dicta Sanchez & Pontii, dicitur.

Et vero juxta Coninck suprà a 25  
dicendum est in hoc casu, & quando con-  
fiteretur sub his conditionibus: Si Deum  
non peccarit.

*fuerit; Si Deo vel Ecclesie placuerit;* quia idem significant; atque hæc: *Si nullum subiicit impedimentum, sive, Si licet possimus contrahere.* In his enim casibus suspenditur contractus, donec probabiliter sciunt, nullum subesse impedimentum. Hæc ille.

Sanchez autem, quāvis admittat n. 11. hanc conditionem: *Si Deo placuerit, in aliquo sensu reddere contractum conditionalem,* & suspendere effectum; putat, si intelligatur de voluntate divina approbante, ut sensus sit: *si Deo non displiceat;* sic enim non est conditio generalis, cum multa fiant contra Dei beneficium. Idemque sentiat n. 12. de hac conditione: *Si Ecclesie placuerit, quia,* inquit, semper intelligitur de voluntate approbativa; *equidem n. 13. absolute negat,* conditionem, de qua hic disputamus, scilicet: *Si non es consanguinea,* suspendere effectum; idque quia tacite includitur in ipso contractu, & in ipsa essentia imbibita est, cum ea seclusa contraactus corrut: & ita, inquit, docent Omnes. Ergo inter Coninck & Sanchez non est tantum quæstio de nomine, sed de re, scilicet, an suspendatur effectus Matrimonii per hanc conditionem: *Si non es consanguinea.* donec post diligens examen confiterit, illud impedimentum non subesse.

Et quidem, ut dicam, quod ego sentio, si nulla subiicit causa dubitandi de consanguinitate, non putarem per istam conditionem suspendere effectum, donec post diligens examen appearat, illud impedimentum non subesse; & tunc melius contraheret dicendo: *Si non fueris inventa consanguinea;* tunc enim clarum est, conditionem illam non apponi eo modo, quo tacite inest intrinsecè in ipso contractu, sed alio modo & sensu, nempe involvit obligationem indagandi, at sit, vel non sit tale impedimentum; adeoque videtur contrahens velle suspendere effectum, donec post diligens examinationem apparat, illud impedimentum non subesse. Et tunc melius contraheret dicendum: *Si non fueris inventa consanguinea;* tunc enim clarum est, conditionem illam non apponi eo modo, quo tacite inest intrinsecè in ipso contractu, sed alio modo & sensu, nempe involvit obligationem indagandi, at sit, vel non sit tale impedimentum; adeoque videtur contrahens suspidi contractum, & illius obligationem, usque ad debitam investigationem impedire. Perinde atque si in collatione beneficii conferens dicat: *Confero tibi beneficium, si idoneus inventus fueris,* non habet effectum collatio, nisi postquam constata de idoneitate, & indago præcedat; idemque reddit actum conditionatum.

Iraque, sicut prius dixi, hæc quæstio non est tantum de nomine, sed de re satis gravi; quippe, ut bene advertit ipse Dicast. sup. n. 8. multum interest nosse, an contraactus sit conditionalis conditione pendent in futurum: nam si talis sit, nondum subiicit ante impletam conditionem, atque adeo non causat effectus, quos caufaret, si subiisteret.

Primum ergo limitanda est communis

doctrina, ut non procedat, quando generalis & intrinseca conditio alio modo extenuatur, apponitur, quam tacite inest. Secundum, dum conditio generalis exprimi prohibetur per legem: quāvis enim ( inquit Pontius suprà c. 2. n. 6. ) eadem forte sit expressa atque tacita: at quia contra legis prohibitionem fit, expressa nocet. Atque hinc est, quia lex exhortationem filii sub conditio- ne fieri vetat, si quis ita dicat: *Cum Titius bære fuerit, filius exhortare esto;* nulla exhortatio est. Quia licet tacite semper ea conditio inest, non aliter exhortatum filium, quam si alius ex testamento heres existat, tamen quia contra legem, prohibentem exhortari filium sub conditione, actum est, ea conditio expressa in exhortatione no- tet, ut existimat Donellus. Ita Pontius. Donellus. Qui tamen putat, hanc rationem Donelli Duarenus. non esse solidam. Unde aliam ibidem affig- Osualdus. nat ex Duarenlo & Osualdo, quam vide apud ipsum.

Melius exemplum videtur esse: si apponatur conditio vel dies illis contractibus, qui non recipiunt diem, neque conditionem; tacita enim conditio expressa nocet, ex qua jam per legem designata est forma, cui addi vel detrahi nihil potest. Verum ergo est ( inquit Baflius suprà ) conditionem tacitam, si exprimatur, nihil amplius operari, quam si non exprimatur, vel nocere, nisi in casu, quo vel alium sensum efficit, vel lege exprimi prohibetur.

Si autem à me queritur, qui sint illi con-tractus, qui nec diem, nec conditionem re-cipiunt? Respondeo per Reg. 50. de Reg. 13. juris in 6. *Actus legitimis conditionem non re-cipiunt, neque diem.* Et Reg. 77. ff. cod. *Actus legitimis, qui non recipiunt diem, vel con-ditionem: veluti mancipatio, acceptilatio, bäre-ditatis aditio, servi opio, datio tutoris, in totum viviunt per temporis vel conditionis adiectio-nem; nonnunquam tamen actus supra scripti ta-cite recipiunt, quæ aperte comprehensa, vistum adserunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum ex ille aliiquid ac-cepitatio intelligitur, si obligatio conditionis existenter, quæ si verbis nominatum acceptilatio-nis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.*

Ex qua Regula juris civilis, liquet profe-  
cto, Reg. juris Canonici non esse genera-  
liter intelligendam de omnibus actibus le-  
gitimis; alioquin improbarer nostram Con-  
clusionem, cùm Matrimonium & consen-  
sus Matrimonialis sint actus legitimi; sed  
non ex illis, qui exprimuntur in Reg. juris  
civilis.

Porro non inconvenienter ad hanc Reg. C. 1. ac  
restringimus jus Canonicum, cùm scriptum Novi op.  
sit cap. 1. de Novi oper. nuntiat. *Quia vero nunt.*

sciu*i*

Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

sicuti leges non designantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum, Principium constitutionibus adjuvantur.

Muliatus legitimire-  
cipium diem  
& condicio-  
nem.

Et alius iudicatur ex aliis titulis juris; pura f. de Condit. Inst. de Condit. & demonst. ext. de Condit. appos. & §. Omnis stipulatio, Inst. de Verb. oblig. plurimos actus legitimos recipere conditionem, & diem. Quod autem aliqui contractus non recipiant, ratio est; quia legibus ita instituti sunt, ut statim debeat sortiri effectum; ac proinde conditione suspensae adversarii corum substantiae.

15.

Matrimonio  
licitate appo-  
niur condi-  
tio propri-  
etatis.

*vallo  
angustia  
tentia*

Cum ergo Matrimonio, seu verius, consensus Matrimonialis, non sit ita legibus institutus, ut statim debeat sortiri effectum; sed leges oppositum pluribus locis satis significant, ut ex progressu parebit; sequitur manifeste, quod non solum validè, sed etiam licite apponatur subinde conditione extrinseca seu propriè dicta (& eadem est ratio diei) apponatur, inquam, Matrimonio seu portius, consensu Matrimoniali.

Dico: *Seu potius Ecc. quia ly Matrimonium, videtur significare contractum perfectum & indissolubilem, qualis non oritur ex consensu Matrimoniali conditionato, nisi jam implera conditione. Et idem in Conclus. expressi consensum Matrimoniale.*

Probatur autem Conclusio ex jure Canonicō, tit. de Condit. appos. cap. 3. *De illis autem: Et infra. Si vero aliquis sub bujusmodi verbis juramentum alicui mulieri praestiterit: Ego te in uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris: reus perjurii non habebitur, si eam nolentem sibi solvere, quod sibi dare petuit, non accepit in uxorem: nisi consensus de praesenti (scilicet absoltus) aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta.* Ita Alex. 3. Panormitanus Archiepiscopo. Ubi Gloff. in propositione casū: *Nota, inquit, quod conditio honesta potest intervenire in Matrimonio.*

*Iitem cap. 5.* Item cap. 5. sequentis tenoris: *Super eorum, quod postulasti, utrum ille, qui in quamdam mulierem consenserit, si pater ejus suum praestaret assensum, sit ad consummandam Matrimonium compellendus: Respondemus, quod cum consensu liber dici non possit, qui in alieno arbitrio reservatur, ac conditionem ipsam Canonica non improbent instituta, nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendus est ad Matrimonium contrahendum.* Ita Urb. III. Ubi Gloff. in propositione casū: *Nota, inquit, quod Matrimonium sub conditione contrahendi potest, non tamen tenet, nisi conditio extiterit, vel recessum sit a conditione per contrarium factum.*

Denique cap. fin. eod. ita legimus: *Si conditiones contra substantiam conjugii inseruntur.... Matrimonialis contractus quantumcumque sit favorabilis, caret effectu, licet aliae conditiones apposita in Matrimonio, si turpes aut*

impossibilis fuerint, debeant propter ejus faciem pro non adjectis haberi. Ita Greg. 9.

Ubi Gloff. verb. *Contra substantiam coniugii, sic ait: Nota ergo, quid quedam conditiones apponi possunt in Matrimonio licet, quod a jure admittuntur, puta: Si centum milia dederis, si patri meo placuerit, usque ad illis.* *Sup. eod. Per tuas. Huiusmodi enim conditiones honeste sunt, nec sunt contra substantiam Matrimonii quia potest esse conditiones & sine illis..... Est & alia conditio dupla, quae est de substantia Matrimonii, ut cum Christianus dicit *Judee vel heretici: Contrario cum, si vis fieri Christiana.**

Quid vobis videatur? Num adhuc creditis est locus dubitandi de veritate nostra Conclusionis? Praesertim cum & alii contractus civiles, ut emptionis, donationis, & similia sub conditione celebrantur, & legem hanc conditione relinquuntur.

Sed quid dicam? Nihil hodie tanquam & dilucidum, quin aliquibus resonum appareat. Itaque Basili. Pontius, etc. concedat, hanc nostram doctrinam esse communem; equidem verius existimat, Matrimonio non posse apponit ullam conditionem, quae suspendat: sed, inquit, si ponuit in via conditionis, tantum esse contractum spondit, & non Matrimonium.

Hanc sententiam (prosequitur) Ieronimus, quicunque docent, Matrimonio sita conditione egere novo consenserit sufficere priorem, in quo non loquuntur Thomas Sanchez, ut Iacobinus.

Sentit etiam expressè, eff. pontificis, Greg. de Valencia q. 2. n. 1. bel. 1. 2. de Matr. q. 10. fect. 1. 2. 3. liorem putat Petrus Ledesma q. 4. bel. 2. 5. dub. 1. de condit. honesta, potest conclus. Idem docet Cuiusius c. 1. de Condit. appos. ubi dicit nullam conditionem, quae pendat apponi posse Matrimonio. Fin. sup. c. 13. n. 3.

Atque pro unico fundamento impetrantibus ibidem n. 5. ponit hoc argumentum. Ad Matrimonium requirunt conditiones de praesenti sed ille consensus quantumcumque verba sonent de praesenti, non est de presenti, sed de futuro; ergo non est sufficienter ad Matrimonium, sed ad sponsalia.

Minorem (quae est punctum difficultatis) probat ex cap. *Super eo, de Condit. appos. licetius à nobis pro nostra & communione allegato; ubi, inquit, cum quelibet illa ab Urbano III. an qui in quamdam formam consenserit, si pater ejus præteriret effusum, sit ad Matrimonium contrahendum compellendus?* Respondebat Pontifex, de ciente conditione non est compellendum ad contrahendum; & addit, illum non est consensum de praesenti, licet per verba de pra-

*Sel. 8. De Matrimonio conditionato. Concl. 1.*

521

senti evidenter exprimatur. In quo jam constat, agere Pontificem de eo, qui per verba de praesenti contraxit sub hac forma: *Contrabo tecum, se pater meus præstet assensum, vel, patrui meo placuerit.*

Duplici autem ratione faver Pontifex. Primo; quia dicit, antequam patris voluntas intercedat, non esse cogendum ad Matrimonium contrahendum. Ergo intercedente patris voluntate cogendum erat. Ergo auctuspendente conditione non erat conlensus de praesenti, alias non cogeretur ad contrahendum, præstito paterno consensu. Deinde nobis faver; quia dicit, illum fuisse consensus de futuro. At Matrimonium perficitur consensus de praesenti. Ergo ille consensus conditionatus non fuit de praesenti, & ex consequenti neque Matrimonii, sed sponsalium. Usqueadhus Pontius.

Sed contraria: ut patet ex genuinis verbis, supra relatis, non fuit quæsumum ab Urbanio III. an qui in quandam foeminam consentit, *Si pater ejus præstaret consensum*, sit ad Matrimonium contrahendum compellendus, s. d. *Ad consummandum Matrimonium compellendas.* Quando ergo Pontifex responderet, deficiente conditione nequaquam cogendum esse ad Matrimonium contrahendum, ly, *Contrahendum*, intelligendum videtur de contractu perfectione, id est, Matrimonii consummatione, quia responso in interrogacione congrue debet; arg cap. Quaeritur & quando, de Accus. circa finem, ibi: Co. 14. de Illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam iudicii, sententie quoque forma dicetur. Ergo supponit Pontifex, adveniente conditione jam esse contractum Matrimonium.

21. Respondebat Pontius supra n. 10. Quamvis posset dici, eam responsione Pontificem docere voluisse interrogantem, etiam aliquid amplius faciendum superesse post consensum paternum ante consummationem, scilicet contrahere Matrimonium; vel interrogantem verbo illo, *Consummanti*, utrumque intellexisse ostenditur tamen Pontificem propriè usum verbo contrahendi; quia dixit in secunda parte capituli, consensum illum esse tantum de futuro, & iudicari non posse pro consensu de praesenti: ergo non potuit verbo, *Contrahendi*, intelligere consummationem Matrimonii jam contractu, sed celebrationem contractu; cum non possit esse Matrimonium cum consensu tantum de futuro, sed de praesenti. Hæc ille.

Subscribo verba secundæ partis dicti cap. Super eo: *Nam licet Alexander Papa responderet, quod sponsalia, interposita conditione contractu, ipsa non impletâ, si consensus de praesenti intercedat, vel carnalis copula subjequatur, dissolvi non debent, sed firmiter observari: nequaquam est nostra diffinitione adver-*

sum, cum hujusmodi consensus non sit de praesenti habendus licet per verba de praesenti evidenter exprimatur, qui in alieno arbitrio non habito, sed habendo consenserit.

22. Planè hujusmodi consensus non est de *Ancondi-  
tionatus* quo loquitur Alexander Papa, qui, etiam *consensus sit  
de praesenti.*

Planè hujusmodi consensus non debet haberi pro praesenti absoluto, & perfecto, qui, antequam pater consentiat, obliget ad Matrimonium consummandum, sicuti obligabat consensus de praesenti in causa Alexandri, ut patet ex Glossa ibi verb. *Consensus de praesenti*, quæ sic ait: *Tunc enim recedit de conditione apposita, & simpliciter intelligitur consentire.* Et verb. *Carnalis*, inquit: *Es per hoc videtur recessisse à conditione, infra eod.* Per tuas: *& sic est Matrimonium præsumptum, contra quod non admittitur probatio.*

Quis jam non videt, si tamen habeat oculos apertos ad videndum, consensem, de quo Urbanus III. non ita esse de praesenti, sicuti consensus, de quo loquitur Alexander III? Quem ergo consensum intellegit Urbanus III.? Consensum de praesenti, sed conditionalem tantum, non perfectum & abiolutum.

Respondebat Pontius supra: Planè & aperiè dixit Pontifex, non solum non esse *Exquisitatis* de praesenti perfecto; sed acutè contem- *Pontius tan-  
platus* vim ejus consensus, dixit, non esse *tum esse de* de praesenti, quamvis id sonent verba, sed *futuro*.

de futuro; & reddit rationem, quia consistit in consensu non habito, sed habendo. Ergo consensus ille revera est habendus & futurus.

Deinde urgeo; Quid Pontifex dixit, consensem illum non esse habitum de praesenti, licet per verba de praesenti evidenter exprimatur. Ergo consensui negat, esse de praesenti eo modo, quo concedit verbis expressionem illius de praesenti: sed verba exprimunt illum consensem de praesenti imperfecto & conditionato, non abi- luto: ergo negat consensui esse de praesenti, sed tantum revera esse de futuro. Hæc ille.

23. Sed scire debuit, Pontificem sic locutum fuisse; quia pars apprehendebat in illico verba consensem de praesenti absolutum & perfectum, id est, talem consensem, qui firmiter observari deberet, etiam non impletâ conditione. Alioquin, si tolem apprehendissent consensem sponsalium, quomodo jure poterant ipsum cogere, sicut cogere volebant ad Matrimonium consummandum?

Quid ergo, inquis, vult significare, quando dicit: *Licet per verba de praesenti evidenter exprimatur?* Respondeo: magis hic exprimi consentum de praesenti, quam in sponsali-

V V V

522 Disput. II. De Contratu & Sacramento Matrimonii.

salibus conditionalis. Aliud siquidem est dicere: *Contraham tecum, si pater consenserit*, aliud autem: *Contraho tecum, si pater consenserit*. Sicut longè diversa sunt: *Vendam tibi illam rem, si pater consenserit*, &c: *Vendo tibi illam rem, si pater consenserit*; nam ex primo contractu, etiam posita conditione, nondum oritur ius ad illam rem, quale oritur ex contractu posteriori, secundum communiorum & veriorum sententiam.

25.  
Explicatio  
posterioris  
partis d.c.

Quāvis ergo hæc posteriora verba: *Contraho tecum, si pater consenserit*, evidentius exprimant contentum de præsenti, quam priora; quia tamen in alieno arbitrio non habito, sed habendo positus est, idèo non debet dici consensus de præsenti, scilicet perfectus & absolutus, id est, consensus de præsenti, ex quo ante impletam conditionem oritur ius in corpus ejus, qui sic consenserit.

Alia expli-  
cacio d.c.  
tex-  
tus.

Alli aliter explicant hunc textum, dicentes, eum intelligendum esse de eo, qui consensus iūū rejecit in patrem, sic ut illi contulerit potestatem contrahendi adiutor Procuratoris, & ita non mirum, si Pontifex vocet istum consensus de futuro, & non de præsenti.

26.  
Oppugnatur  
à Pontio.

Sed contraria, inquit Pontius lūp. num. 6. hæc interpretari ex ipso textu refelluntur, quia dicitur: *Nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendas est ad Matrimonium contrahendum*. Ergo non est voluntas filii ita collata in voluntatem patris, quasi in Procuratore, ut ejus nomine contrahat; quia si eo modo collata esset, non esset necessarium ut, accedente consenti patris, ille alter contraheret, sicuti Procuratore legitimè contrahente, non est necessarium, ut de nudi contrahat, qui mandatum dedit.

Rejicitur  
oppugnatio.

Repondeo & querò; ubi Pontifex dicit, intercedente voluntate patris, eum cogendum esse ad Matrimonium contrahendum? Quāvis enim non debet cogi ante consensus patris, cum verè non obligetur; non sequitur tamen à contrario sensu, ergo debet cogi, quando intercedit consensus patris; nam Pontifex respondet ad sola interrogata; non quærebatur autem, an debet cogi post consensus patris, quia tunc non erat necessaria coactio, quod omnibus notum erat; sed, an posset cogi ante consensus patris.

27.  
Non bene  
argumenta-  
musr hic à  
contrario  
sensu.

Itaque non semper bene argumentamur in positivis à contrario sensu, ut patet in multis aliis casibus, & specialiter ostenditur in hoc casu, in quo per eventum conditionis mutatur status personæ; nam juvenis ille per consensus patris ex cælibe transit in conjugem, ac proinde novus consensus redditur quodammodo impossibilis; quia tamen si de novo consentiret, non foret consensus matrimonialis; namque, ut patet ex dictis Sect. 4. Conclus. 6. Iolus

primus contractus eorumdem contractum est verus contractus Matrimonii.

Porrò quādū non ponit consensu patris, tamdiu sine novo consenso neque subsistere Matrimonium; & idèo scit dixit Pontifex, neutrigum eum cogendas ad Matrimonium contrahendum; quia vero ante consensum patris debet de novo contrahere Matrimonium, ut valorem autem consensus patris positus est, per Matrimonium contractum est, adiutor frustre cogeretur ad iterum contrahendum. Atque hæc pro secunda explicatione padi textus: *Super eo.*

Sequitur tercia, quæ ait: *pecunias consensui meo, quod non sit pretermissa* do live in Matrimonio, live in aliquo cunctum contractu, rejecitur in voluntatem patris, vel alterius extranei; *tamen meus consensus & alterius uniusmodi cententur, & sic non mirum, si maior sensus non dicatur præsens, dicitur sensus exsistat.*

Unde, inquit Pontius sup. 7. *convenit* etus requirit consensus de patre, neve celebratur; quia non est premissus sensus. Quare cum illi contrahenda sit consensus in patris consensu regum manifestum videatur, eorum coactio esse de præsenti, quia non era premissus sensus, qui moraliter eorum consensibatur; sed tantum fuit consensus patris voluntatis, atque ab eis ad Matrimonii contractum videtur Pontifex indicare in eorum enim dixisse, consensus illuminans verba de præsenti evidenter expressio esse habendum de præsenti, respondebat: *Quia in alieno arbitrio non debet consensus consistit;* & etiam dixerat, *consensus liberum non esse,* qui in alieno arbitrio locatur. Hucusque Pontius.

Qui n. 8. testatur, sibi aliquando padi illam interpretationem, eaque coniudicasse, hunc textum non illi citius habere sententiam, de qua agimus, comprehendit. Sed nunc, inquit, omnino dispergit.

Nunquid recte, interrogat episcopus, ne post paucas lineas afferis; iam finem habemus, quoties consensus comprehenditur à conditione, quæ est in heretranei, vel contrahenti potest, non in Matrimonium, sed sponsalia, & contractio de futuro. Et verè quid aliud desiderare ex illo texu? Hoc unicum quecumque tendis probare. Ergo non recte dispergit ista interpretatio, prout à te proponitur.

Sed dispergit mihi ista propositione. Nam

primus Pontifex non ait: *Quia in alieno arbitrio,*

*sed: Qui in alieno arbitrio,* que facta op-

pidi distinetur; nam, *Qui,* est particularis

fatis, secus, *Qui*. Deinde; nequam admittendum est, consensum filii tantum fuisse consensum expectandi patris voluntatem; sed insuper fuit consensus tradendi corpus suum ad usum matrimoniale, hoc ipso quod intercederet voluntas patris.

Sicut dum venditur aliqua res sub condicione futura, vendens non tantum habet voluntatem expectandi eventum condicione, sed etiam voluntatem rem suam alienandi, hoc ipso quod intercedat conditio. Veluti etiam in sponsalibus conditionatis, non solum intervenit voluntas expectandi eventum condicione, sed etiam se obligandi ad Matrimonium contrahendum, hoc ipso quod conditio intercedat; alioquin novo esset opus consensu, etiam ut sola sponsalia intelligentur contracta, quod non puto Pontium concessum.

*Quidquid sit de hac tertia expositione; si forte adhuc aliqui non esset satisfactum, sub do quartam ex Card. de Lugo de Juri & jure disp. 22. sect. 24. num. 393. Negari (inquit ille) non potest, quod haec interpretatione (que pro eodem accipit; *Ad contrahendum*, ac si dixisset Pontifex; *Ad consummandum*) diuiseula sit, cum adeo differant; *Contrahere*, & *Consummare Matrimonium*; nec posset facilè exculari Pontifex, unum pro alio usurpans, præsertim cum per verbum proprium, *Consummandi*, proxime interrogatus fuisset: quare ego existimo verbum, *Contrahendi*, à Pontifice in sua propria significacione usurpatum fuisse: voluit enim responderem non solum ad id, de quo interrogatus fuerat; sed etiam ad id, de quo interrogari debuerat, & interrogantis ignorantia omissum fuerat.*

Causa enim erat de eo, quem ante consensum patris, sub cuius conditione uxorem duxerat, volebant cogere ad consummandum Matrimonium, de quo Pontifex responderet, non esse compellendum: quia nimis conservens ille non fuerat absolutus de praesenti, sed conditionalis in tempus pondere conditionis.

Quia tamen queri rursus poterat; quid agendum, si ipse ante patris consensum resiliere, an tunc esset cogendus: respondet, ante consensum patris non debere compelli ad contrahendum; quia conditio illa improposita non est, & debet omnino expectari ad obligationem: quibus verbis per argumentum a contrario indicavit, posita conditione compellendum esse ad contrahendum.

Sapienter autem usus fuit verbo, *Contrahendi*, & non, *Consummandi*: quia in casu positivo, adveniente postea conditione, nondum fieret ipso facto Matrimonium, sed requirebatur novus consensus, sed quod ex dispositione & animo promittentis, colligi vi-

debatur, mutato consilio, ipsum jam nolle amplius in Matrimonio promiso, & sub conditione contracto perfidere: quare cum prior consensus virtualiter non permaneret, adveniente etiam conditione, non subsisteret Matrimonium, sed ad summum obligari posset ad consentendum de novo, & ad sustinendum priorem consensum; ideo Pontifex, ut his omnibus unico verbo responderet, & occurreret, dixit, illum ante patris consensum ad nihil obligari posse, scilicet nec ad consummandum, nec etiam ad contrahendum, significans quod, posito consensu patris, obligari poterat, saltem ad contrahendum, licet propter animi mutationem, quæ supponi videbatur, novus consensus, & novus contraetus necessarius esset ad valorem Matrimonii.

Noluit ergo Pontifex dicere, quod semper, posita conditione, requiratur novus consensus ad contractum; sed quia aliquando propter animi mutationem id requiritur, quæ mutatio animi in casu illo esse videbatur, ut breviter & radicitus doctrinam generali traduceret, dixit, neque ad hunc etiam consensum, & ad contrahendum obligari posse, nisi posita conditione consensus paterni, quæ posita ad hoc saltem compelli posset, etiam si animus mutasset; si enim nulla esset animi mutatio, non ageretur de eo compellendo, atque ideo non esset compellendum ad contrahendum, cum nemo nisi invitus ad aliquid compelli possit; & hanc puto esse legitimam illius capituli interpretationem. Haec Eminent.

Sed contra hanc interpretationem facit; quod ex textu non constet, promittentem illum noluisse contrahere, vel potius non luisse Matrimonium consummare, obtento consensu patris; sed solummodo antequam intercessisset consensus patris; nam querebatur à Pontifice, an posset compelli ante obtinentem consensum patris; quippe de compulsione, post habitum consensum patris, non poterat esse dubitatio. Itaque non a sim firmiter asseverare, hanc esse legitimam interpretationem illius capituli; sed neque puto, eam esse necessariam ad veritatem nostræ Conclusionis, ut patet ex aliis interpretationibus.

Quibus addit, quod (ut notat Dicastillo hic disp. 5. num. 71.) cum sint diverse opiniones probabiles in materia tam gravi, qualis est contractus Matrimonii, non immixtum posset præceptio Superioris cogi contrahens sub conditione, ad contrahendum absolute post impletam conditionem per novum consensum, ut certiori modo & tutiori celebretur contractus; sicut in multis Sacramentis (præsertim maximè necessariis) tunc sententia debet præferri, etiam si probabilis & forte vera sit opposita. Hæc ille.

524 *Disput. II. De Contractu*  
Ceterum Pontius non contentus illo ju-  
re, aliud pro sua sententia adducit sup. n. 12.  
dicens: Secundò probatur eadem Minor  
(scilicet hujusmodi consensum conditio-  
natum, non esse de præfenti, sive matrimo-  
niale) ex cap. *Per tuas*, de Cond. appes ubi  
expressè acutis de contractu, per verbade

expresse agitur de contractu; per verbata  
præsenti celebrato, sub conditione, Si pater  
& patrinos consentirent; restiterunt illi, sed  
antequam resisterent, contrahentes copulati  
sunt.

Respondebat Pontifex in hæc verba. Quia  
cum liquido constet, quod post contracta sponsalia,  
carnalis est inter eos copula subsecuta, pro  
Matrimonio est presumendum; quia videtur à  
conditione appositæ recessisse. Nam eti probatum  
est, quod postquam pater & patruus viri  
contradicere sponsalibus, idem vir mulierem  
cum carnali coniunctione cognoverit, non est: ta-  
men aliquo modo probatum, quod antequam ip-  
se cognovisset eandem, pater ejus & patruus

37.  
*Eius verba  
expedit.*  
Qua verba (inquit Balil) hic expendo. In primis, Pontifex contractum illum, per verbam de praesenti celebratum, non appellat Matrimonium, sed sponsalia. Et quamvis etiam aliquando sponsalia nomine, soleat Matrimonium significari; attamen in praesenti locum habere non potest. Loqui enim de sponsalibus, ut a Matrimonio distinguuntur, offendit illud, quod utriusque mentionem facit, & dicit pro Matrimonio praesumendum esse post copulam; quia videlicet ante copulam tantum erant sponsalia.

Deinde; quia ad controversiam proposi-  
tam decidendam recurrat Pontifex ad præ-  
sumptionem juris , & de jure , qua consistit  
in copula , habitat post sponfalia , quâ spon-  
falia transeunt in Matrimonium ; cap. *Is qui*  
*fides* , de Sponfali. Ergo sentit , illa sub ea  
conditione contracta , non esse Matrimo-  
nium , sed tantum sponfalia. Hac ille .

38.  
Rejiciunt  
probatio.  
Sed facilis est reiposio; Pontificem per Matrimonium ibi intellexisse, Matrimonium absolutum & perfectum; per sponsalia autem de praesenti Matrimonium imperfictum seu conditionale, pendente adhuc conditione. Et sic profecto liquet, optimè distinxisse Pontificem inter Sponsalia & Matrimonium; & bene recurrisse ad præsumptionem juris & de jure, quæ confitit in copula, habita post sponsalia, quâ sponsalia, sive de futuro, sive de presenti, transeunt in absolutum & perfectum Matrimonium.

39. Sequitur tercia probatio Pontii; quia (*in-*  
*tertia pro-*quit *fuprā n. 13.*) *in his*, qui contrahunt de  
*batio Pontii* *præsenti*, *impedito aliquo impedimento*, *sub*  
*conditione tamen*, *Si Papa dispenset*, *non po-*  
*test illæ confusus Matrimonii, sed spon-*  
*faliorum tantum: ergo idem in aliis condi-*  
*tionibus dicendum est.*

Sed Antecedens hujus probationis falso esse, ostendam inferius, ubi particularem te hac controversia instituam Conclusionem.

Venio ad quartam probationem, de fungtam ex ratione, que talis est: Quia ex tempore (inquit Pontius *supradicta n. 14.*) pendit conditione, si contrahat pure cum aliis valet hoc Matrimonium, sicut sponsalia per Matrimonium dissolvantur. Item: si aqua cum aliqua contrahat de presenti sub conditione, & post sub conditione cum aliis, hujus primò adimpleretur conditio, illud cunctum Matrimonium valet ex eorum sententia, non primum. Item: ante regulum conditionis licet resilire mutuo omnes suos. Quae omnia indicant, tanta tantum consensum sponsalium.

Et ratio quasi a priori est: quia in  
notissima in jure differentia inter obli-<sup>43-</sup>  
gationem in diem, & obligationem subven-<sup>44.</sup>  
ne, quod obligatio in diem statim con-  
quamvis ante diem peti non possit, sicut  
ante diem debetur, & de praefatis dis-  
tinctis est; et inde est, ut cedat dies legato in as-  
te diem decedat legatarum, <sup>45.</sup> heredes,  
neque intercidat auctor legato.  
At quando est obligatio conditionis  
debetur ante impletam conditionis, que  
cedit legato dies, et si eo tempore inter-  
sum conditionis moriatur legatus,  
transit ad heredes jus legati, <sup>46.</sup> sed  
gatum.

Ex qua recepta & veritima do-  
nifestum est, obligationem, que-  
contractu conditionali, non esse  
nem praesentem ejus contractum  
esse quasi promissionem contra-  
debeat, & compelluntur facientes  
tes. Hac illle.

Nonne, quamdui aliquis in  
formæ Sacramentalis, manet sibi ap-  
ficatio, & proinde effectus Sacra-  
menti nec completa sit prolatio & significatio  
nè. Ita ergo, antequam evenit condic-  
sus penitentia, est confessus matrimonialis  
non pariat effectum, id est obligatio  
vinculi in facto esse indisolubilis; plus  
autem eventu conditionis, rurc, quae ad  
dente jam ultimo complemendo confite-  
de praesenti, ponitur perfecta & indis-  
solubilis obligatio matrimonialis.

Quod amplius declaratur. Ponamus con-  
sensum necessariò duraturum per aliquod  
tempus, ut obtineat suum effectum, v. g. in  
exemplo posito, intentio administrandi Sa-  
cramentum, quamdiu durat applicatio ma-  
teriae, & prolatio formæ; donec impleatur  
illud tempus, ille consensus seu illa intentio  
non dicitur obtainere suum effectum; nisi  
quando accelerit ultimum instans illius  
temporis. Sic ergo impræsentiarum consid-  
erandum est tempus, ulque ad conditionis  
eventum; donec enim hæc eveniat, nondum  
est perfectus consensus; quia nondum adve-  
nit quasi instans sui complementi, ac proinde  
nondum peripet obligationem abolutam  
Matrimonii; & idèo habet locum revocatio-  
& contractus purus seu abolutus cum alia.

*Sed quid ad hæc Pontius?* Quāvis (in-  
quit sup. n. 16.) acuta hæc explicatio sit, &  
que non difficilè sustineri posset; adhuc ta-  
men contra illam est, quod Pontifex in ea  
conditione, *Si pater consenserit*, planè dicat  
esse consensum de futuro. Et præterea; quan-  
tumvis acutè explicetur, & verbis adumbre-  
tur, si tamen exactius consideretur, totum  
hoc non trancedit limites sponsalium, ut  
videmus in effectibus, qui ex ejusmodi con-  
senso conditionali sequuntur, & est evidens  
signum constantis obligationis & naturæ il-  
lius. Hæc ille.

Ego autem dico; totum hoc transcendere  
limites sponsalium in eo, quod sponsalia ad-  
huc requirant novum abolutum consensum  
de praesenti; secus consensus ille conditiona-  
lis de praesenti; ita ut post eventum conditionis,  
non sit necessarium adhibere novum  
consensum abolutum de praesenti; sed per  
positionem conditionis, prior consensus conditionis  
transfaret in abolutum, & inducat  
stabilem obligationem Matrimonii, ut edis-  
sero Conclus. sequenti.

Tanum præmito, quod ibidem n. 22.  
ait Pontius: *Ex contractu conditionali trans-  
ferre obligationem ad heredes; quia, inquit,  
est obligatio iustitia, & idèo §. Ex condi-  
tionali, Inst. de Verb. oblig. dicitur: Ex condi-  
tionali stipulatione a p. est debitum iri, eamque  
ipsam spem in heredes transmittimus; si prius,  
quam conditio extet, mors nobis contigerit.* Est  
que communis doctrina, ut docet Molina-  
to. 2. de Jusititia disp. 285. post. 3. conclus.  
Quod de conditione casuali & mixta recep-  
tum est, & de potestativa, quæ necessariò  
personæ adhæret, ita ut sit de aliquo, quod  
necessariò adimplendum est per personam,  
cui sit promissio; tamen de potestativa con-  
ditione, quæ non ita adhæret personæ, non  
est sine controversia: Bartolus enim, & com-  
muni Jurisperitorum sententiam negat. Exi-  
stimo tamen veriorem sententiam opposi-  
tam, transfire scilicet ad heredes, ut docet

Molina disp. citatâ. Usqueadhuc Basilius.  
Infero ego; ergo malè ibidem n. 14. di-  
stinguit inter obligationem in diem, & obli-  
gationem sub conditione, quod obligatio in  
diem statim oriatur, secus obligatio sub con-  
ditione; & idèo obligatio in diem transeat ad  
heredes, secus obligatio conditionalis, nisi  
intelligat suam doctrinam, sicut videtur in-  
telligere, de solo legato conditionali, & tunc  
perèm ex illa differentia infert generali-  
ter, ut suprà vidimus, obligationem, quæ  
nascitur ex contractu conditionali, non esse  
obligationem præsentem ejus contractus,  
cum solùm id locum habeat in legato, propo-  
ter speciem juris constitutionem, quæ non  
est extendenda ad Matrimonium; & idèo di-  
cimus, eandem esse rationem Matrimonii in  
diem, & Matrimonii sub conditione, videli-  
cket, ex ipsis non oriri perfectam & indissolu-  
bilem obligationem, antequam conditio  
evenierit, aut dies præfixa advenit. Porrò,  
& erit

## CONCLUSIO II.

Adveniente die, & adimpléatâ con-  
ditione, perficitur Matrimo-  
nium in ratione contractus &  
Sacramenti sine novo consensu,  
nisi prior fuerit revocatus.

**S**uppositâ veritate præced. Conclus. par-  
vam habet difficultatem hæc Conclusio; **46.**  
unde qui nobiscum docent, consensum Ma-  
trimoniale recipere diem & conditionem; **Conclus pro-**  
consequenter nobiscum dicunt, adveniente **batur x. ex**  
die, & adimpléatâ conditione, purificari ejus. **cap. 5. de**  
modi consensum; ac proinde Matrimonium **Condit. ap-**  
perfici absque novo consensu. Igitur Con-  
clus. nostram docet Sanchez lib. 5. disp. 8. **Sanchez.**  
n. 5. cum Aliis multis tam Jurisperitis, quām  
Theologis, quos ibidem in fine citat. Proba-  
tur primò, ex cap. *Super eo. de Condit appo-*  
*situs, præcedenti Conclusione adducto, &*  
*expenso. Videantur ibi dicta.*

Probatur secundò; quia sponsalia condi-  
tionata purificantur impletâ conditione sine **Secunda pro-**  
novo consensu; ergo etiam Matrimonium **batio exem-**  
conditionatum. Consequentia patet: quia si  
cut ad Matrimonium requiritur purus con-  
sensus de praesenti, ita ad sponsalia purus  
consensus de futuro; quippe ex sponsalibus  
conditionatis non oritur publica honestas,  
nisi impletâ conditione; arg. cap. un. de Spón-  
sal. in 6. ibi: *Cum ex sponsalibus conditionali-  
bus ante conditionem extantem, sicuti consensum* **Cap. un. de**  
*(scilicet purum de futuro) non habentibus, &* **Spónsal. in**  
*incertis, nulla publica honestatis iustitia* **6.**  
*oriatur.*

47. Probatur tertio, exemplo cæterorum  
Probatur 3. contractuum conditionalium, qui hoc modo purificantur, ut dicitur in leg. Potior, ff. Qui potio. in pig. hab. ibi: *Cum enim semel conditio existit perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interparta est, sine conditione facta esset.*

L. 11. ff. Et l. 7. ff. de Contrah. empt. ita scriptum habemus: *Conditionalis venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio.* Subfumo: sed si à principio non fuisset adjecta conditio consensui Matrimoniali, Matrimonium foret perfœcum & validum absque alio consensu; ergo etiam cum impleta fuerit conditio.

An alii contractus conditionales purificantur impleta condizione ex natura rei.

Respondent Aliqui: neque sponsalia, neque cæteros contractus conditionales sic purificari ex natura rei; sed tantummodo ex dispositione juris positivi, quod statuit, ut si quis contrahat, velit nolit stet contractui. Quæ sententia (inquit Pontius sup. cap. 14. n. 13.) probari potest à simili de contractu Matrimonii, & iisdem rationibus, quibus de Matrimonio, probatur. Namque ipse fecitus fuit cap. 13. n. 14. in fine, dicens: Manifestum est, obligationem, quæ nascitur ex contractu conditionali, non esse obligationem præsentem ejus contractus, sed tantum esse quasi promissionem contractus, qui posita conditione fieri debet, & compelluntur facere contrahentes.

Hic autem, scilicet cap. 14. n. 14. sic ait præfatus Auctor: Alii tamen existimant, quod hujusmodi contractus purificantur solo evento conditionis, sine novo consensu, oriri non ex speciali juris positivi dispositione, sed ex ipsa rei natura. Sic docet Pet. Ledesma de Matr. q. 47. art. 5. in dub. 1. de condit. honestis conclus. 2. impugnans Victoriae in hac parte, & ego ita sensi in prima editione lib. de Imped. Matr. cap. 17. §. ult.

Et probant ex commun modo contrahendi.

L. 213. ff. de Verb. signo.  
L. 7. ff. de Contrah. empt.  
L. 2. ff. de In diem adiect.

48. Affirmant aliqui.  
Pet. Ledesma.  
Pontius.

49. Reprobatur opposita sententia Victoriae.

Et pro hac sententia potest confici primum argumentum, desumptum ex communi modo contrahendi; communiter enim fiunt hujusmodi contractus, neque renovantur consensu, & ex natura rei possumus ego pro mea voluntate transferre dominium rei propriæ vel purè, vel conditionaliter. Et hoc docent Juriconsulti, in l. Cedere diem, de Verb. signif. & in l. Hæc venditio, ff. de Contrah. empt. Ubi afferunt, quod contractus conditionales adveniente conditione perficiuntur. Idem habetur in l. 2. ff. de In diem adiect.

Sine fundamento autem dixit Victoria, id esse dispositum jure positivo, quasi eo secluso, non ita esset ex natura rei. Nam ciuitata verba non significant novi juris dispositionem, sed juris naturalis explicationem. Nullum enim est verbum, ex quo possit probabiliter colligi, legem in eo casu voluisse

supplicare consensum, si alias non erat celebratus contractus. Id quod maxime adest, est in disputationibus iuri politico quando de contractibus est sermo. Sine fundamento enim, & clara disputatione, dicendum non est, legem in aliquo casu transire dominium, & disponere, contractum purificandum esse purum, sine consensu contrahentium. Deinde, verba illa citantur sunt Imperatoris, sed Ulpiani, explicantes potius naturam illorum contractuum quæ statutis aliquod jus circa illos,

Rursus aliud est, forum exterum inter dum presumere celebratum contractum propter externa signa, que prudenter runte internum consensum; aliud verba contraactum esse validum, etiam quando non sunt signa, ex quibus possit presumere purificationem contractus. Legitor autem non dicitur presumere ubi externa signa prudenter intresens. Hactenus Pontius prolixus.

Hoc tamen dissidium (prolixius n. 15.) inter has sententias, quanto posse ista ratione componeremus institutionem juris civili, non solum ab initio in institutione, sed etiam in contractuum (sunt enim isti de genere aut civili, & non de jure naturali) problem aliquam juris dispositionem, quæ post contractum emptionem conditionem, v. g. non iterum renovari coheret. Si de prima intelligatur, non possit judicare veram primam sententiam Victoriae & Aliorum; quia exstimo ob rem, quam habent iura in bona huiusmodi contractus, potuisse disponere, & sic contractus illos civiles, ut per conditionatum, secuto evenitu conditione transferretur dominium.

Non potuit autem sic disponere in contractu Matrimonii, ut consensu condicato transferretur dominium; quia consensus iste non est Matrimonii, sed postulatio & ob speciale & magis excellente virtutem hujus contractus, que absoluere consensum requirit jure naturali, non a ipsius institutio. Unde supposita haec posse, in institutione horum contractuum, ratiōne Consulti dicunt, iuxta illum contractus istos perfici, secuta conditione, &

id non negant, sic esse institutum jure civili vel gentium primavà illà institutione, quā isti contractus inducti sunt. Hęc ille.

Sed supponit in primis, quod probandum est, & cuius contrarium probavimus Conclusionē p̄cedenti, scilicet, consensum istum non esse Matrimonii, sed sponsalium.

Addit: speciale esse, & magis excellētem naturam hujus contractus, propter quam ibid. n. 5. existimat, etiam suppositā veritate prioris nostrae Conclusionis, adhuc necessarium esse novum consensum. Hic enim (inquit) contractus, ob perpetuitatem suam, diversam exigit rationem consensū, & nunquam consensus conditionatus sufficit in eo ad transferendum dominium, licet in aliis sufficeret. Alii enim contractus rescindi possunt, & transferri dominium ad tempus potest; Matrimonium verò, si semel habeat valorem, nunquam potest rescindi, & idē ex natura ipsius rei non potest fieri sub conditione; sed si sit, ab solūtē debet fieri, & debet tradi dominium perpetuum. Ita Baflius.

Respondeo cum Sanchez suprà n. 8. quāvis ante adventum conditionis ille consensus sit insufficiens, è tamen adveniente, manet purus & perfectus. Sufficit ergo quod Matrimonium sit firmum & perpetuum, postquam conditio completa est; tunc enim primò est perfectum & completum, quod fieri potest per consensum solum habitualiter vel virtualliter existentem, prout existit, quando ante sub conditione praefitus est, & medio tempore non est revocatus.

Ex quo patet; quare in Conclusione addatur: *Nisi prior fuerit revocatus*; quia cùm tunc nequidem habitualiter maneat prior consensus, non potest impletā conditione perfici, prout perficitur, quando medius tempore non fuit revocatus. Quæ utique perfectio sufficit, ut prior consensus, qui ante impletam conditionem erat insufficiens, post impletionem Matrimonium perficiat; non ergo requiritur novus consensus, sed perfectio tantum prioris, quæ haberi non potest, postquam prior consensus fuit revocatus. Cūmque Matrimonium requirat consensum partium, neque hic suppleri possit per solam potestatem humanam, ut diffusus ostendimus Sect. 3. Concluſ. 7. sequitur manifestè, tali casu non fieri Matrimonium, nisi accedat novus consensus.

Hinc oppositum contingit in aliis quibusdam contractibus, in quibus Respublica potest supplere consensum, & censetur suppleri in casu, quo quis iustè revocat suum consensum. Hoc autem non habet locum in Matrimonio, ut patet ex dictis Sect. 6. de Matrimonio, quod contrahitur per Procuratorem. Sicut ergo ibi consensus ejus,

qui per Procuratorem contrahit, est sufficiens, nisi revocetur, ita etiam hic; non ut statim fiat perfectum Matrimonium, sed quando adimplebitur conditio. Et sicut Matrimonium, contractum cum alia post procurationem datam, est validum, illud autem, quod fit per Procuratorem invalidum; ita etiam in presenti, Matrimonium, quod ab solūtē contrahitur cum alia ante impletam conditionem, est validum, prius autem etiam post impletam conditionem, invalidum, ut latius dicemus Conclus. sequenti.

Cæterū, quod jam dictum est de Matrimonio, quod contrahitur per Procuratorem, idem etiam cernitur in casu, quo alter conjux diceret: *Consensio in te, si tu in me consenseris*; pendet siquidem hoc Matrimonium ex futuro eventu consensū alterius, ita ut si ante alterius consensum, prior consensus revocetur, aut cum alia ab solūtē Matrimonium contrahatur, prius Matrimonium non valeat, etiam accidente alterius consensu, fin autem prior consensus non revocetur, perficitur Matrimonium accidente consensu alterius, sine novo consensu ejus, qui prior consenserat.

Nec obstat: quod hęc conditio sit intrinseca, cùm non possit esse Matrimonium sine consensu mutuo, ut proinde non faciat Matrimonium conditionale; quia non sic est intrinseca, ut statim debeat poni, adeoque pro tempore intermedio suspenditur prior consensus à suo effectu; & potest eodem modo invalidari, sicut consensus praesertim sub conditione extrinseca: ergo etiam utrumque consensus ita poterit suspensi ab aliqua conditione extrinseca; non enim appetat sufficiens ratio disparitatis.

Et consequenter dico; quod sicuti suspensio unius consensū, non est contra rationemque Sacramenti; ita neque suspensio consensū à utriusque consensū. Scio, Aliquos esse, qui in hoc constituit differentiam inter alios contractus, & contractum Matrimonii, quod hic sit propriè dictum Sacramentum: porrò nulla alia Sacra menta possunt conferri sub conditione de futuro contingentī; ergo nec Matrimonium.

Sed respondeo: in primis, neque Matrimonium, ut est Sacramentum, posse confiri sub conditione de futuro contingentī; quippe contractus ille conditionalis, de quo hic tractamus, non est Sacramentum, nisi dum conditio impletetur; ergo tali casu Sacramentum Matrimonii non conferrur sub conditione de futuro contingentī, ut sole meridiano clarissim est; sed tantum elicetur consensus Matrimonialis, ut sic loquar, id est, consensus, aptus constituere Matrimonium Sacramentum, pro tempore quo conditio fuerit impleta; unde ante illud tempus non-

55.  
Consensus  
Matrimo-  
nialis unius  
potest pende-  
re à futuro  
eventu alterius.

56.  
Occurrunt  
objectiones.

Suspensio  
unius consensū  
à utriusque  
conditione  
extrinseca  
non est con-  
tra rationē  
Sacramenti.

57.  
Sacramenū  
Matr. non  
conferrur  
sub condi-  
tione de futuro  
contingenti.

nondum est posita pars essentialis seu essentia Matrimonii, quid ergo mirum, si nondum positum sit Sacramentum Matrimonii?

Itaque tali casu Sacramentum Matrimonii non pendet immediate à conditione futura, sed à parte sui essentiali, quæ ante conditionem non ponitur in esse. Sic pendet Sacramentum confessionis ab Absolutione, quæ potest dari diu post confessionem, etiam completere factam. Hoc autem non habet locum in aliis Sacramentis v. g. Baptismo, & similibus, in quibus positio materiae vel formæ non potest pendere à conditione futura. Impossibile enim est, ut in fusio aquæ, vel pronuntiatio formæ, ita pendaat à re futura, ut hæc possit, aut non possit, illæ etiam fuerint possit, aut non possit. Sacramenta autem statim atque eorum materia & forma integrè possit sunt, necessariò ponuntur, vel nunquam. In Matrimonio vero consensus internus est pars essentialis, qui factus sub conditione, ita ab ea pender, ut cù possum, verè à parte rei completere ponatur, alias non. Ita hanc rem explicat Coninck de Sacram. disp. 29 n. 13. Vide plura Disp. 1. hujus Operis Sect. 7. Conclus. 9. & Disp. 7. Sect. 3. Conclus. 6.

58.  
Sacramen-  
tum Matr.,  
multa habet  
particularia.

Breviter dico, quia Christus per elevationem Matrimonii ad dignitatem Sacramenti, non immutavit naturam contractus; hinc multa alia habet hoc Sacramentum, quæ certa Sacra menta minimè patiuntur; ut non habere ministrum distinctum ab ipsis contrahentibus, posse fieri per Procuratorem; non requiri, ut uterque conjux simul tempore consentiat, & familia. Si ergo ut contractus, perfici possit per eventum conditionis, sine novo consensu; etiam similiiter perfici poterit, ut est Sacramentum.

59.  
Prima diffe-  
renzia quam  
Adversarii  
assignant in-  
ter hunc con-  
tractum, &  
alios, rejici-  
tur ex San-  
chez.

Quapropter Adversarii, non contenti, & meritò, hæc differentiæ, alias præterea ad junxerunt; Prima sit, quod in aliis contractibus jure præsumitur semper in virtute durare priorem consensum, donec impleatur conditio, secùs in Matrimonio. Sed, ut bene notat Sanchez suprà n. 5. hoc est gratis dictum; quia in Matrimonio etiam præsumitur idem: ut quando contrahitur Matrimonium per Procuratorem, præsumitur consensus institutis Procuratore durare, juxta cap. fin. de Procur. in 6. Igitur eadē facilitate negatur prima differentia, quâ affectur.

60.  
Secunda.

Secunda est: quod Matrimonium pertinet ad eos contractus, qui traditione perficiuntur, ita ut essentia illius constet traditione, & translatione dominii corporum, quâvis ea traditio non fiat alio actu diverso à consensu, sensibiliter expresso, ut contingit in aliis contractibus, quorum essentia etiam traditione constet, est tamen alius actus traditionis, præter consensum sensibili-

liter expressum. Illi autem contractus, traditione perficiuntur, non censetur, solo eventu conditionis, nisi adiutorio.

Quantumvis enim per verba de pre-  
dictione, intelligamus aliquem obligatum  
mutuandum, tamen res ipsa non traditur,  
intelligitur mutuum, cuius obliga-  
tionis rei oritur, ut habetur latit. Quod  
modis re contr. oblig. in principio, con-  
trahitur obligatio, veluti mutui datum. Lo-  
quendi modo Justiniani plane colliguntur  
non esse obligationem mutui, ubi no-  
res, ex cujus datione oritur obligatio, enim  
gatio enim mutui re ipsa contrahitur.

Verum nec hæc differentia est  
etiam juxta Pontium suprà n. 4. tunc  
ipse, quia contractus Matrimonii  
convenire videtur cum his contractibus  
traditione perficiuntur, quoniam ipsa  
tia consistit in translatione domini-  
rum, partim ab illis differt. Mentre  
esse debet, semel expresso factum  
sensu, non esse licitum contumeliam  
contra jus prioris conjugis, nequidam  
differt ab his contractibus, quia  
perficiuntur, ut v. g. ab emploio re-  
tione, in qua ante traditionem  
acquirit perfectum dominium regi-  
dor, potest validè, licet illuc  
contractum venditionis cum de-  
tore.

Et denique, quâvis cerum-  
nere ad eos contractus, qui tradi-  
ciuntur; tamen adhuc est de causa  
quam, licet alii contractus  
solo eventu conditionis, Mentre  
men purificherur. Quia alii puri-  
fensibiliter expressum, respon-  
suum traditio, quod in Matrimoniis  
contingit, cum in consensu ipso sensi-  
bile expresso, sit acceptatio & traditio  
parte utriusque conjugis. Mentre  
manuum porrecto polit illi figura-  
tionis & possessionis, imo & aspectu  
nunquam enim solo aspectu accep-  
dominium & possessionis. §. 16. Inst. de  
divis. ibi: Eosque intelliguntur quae  
in conspectu tuo sit. Ita Pontius.

Quinimo existimat Lugo de  
22. n. 394. etiam alios contractus que-  
gunt traditionem ad sui complemen-  
to posse aliquando per adventum con-  
siderare, perfici ab illo novo consensu, quia  
consensus non revocatur virtualiter, ne-  
verat. Nam, inquit, si tradas consensum  
Petro, ut interim habeat in depositum, o-  
men post octo die aliiquid in tuum ob-  
quum exequatur, ex tunc habeat illuc  
suos, nam ex nunc eos ipsi donas, & vi-  
ciones suo nomine possideat, posse talis con-  
sensu.

R  
Sacra  
menta

## CONCLUSIO III.

Si pendente conditione, alia abso-  
lutè ducatur, primum Matrimo-  
nium est invalidum, et si postea  
conditio impleatur; secundum  
est validum, quāvis illicitem.

tione, vel quodd mutuò illos accipiatis, de iisque  
ut suis disponere possit, posita tali conditio-  
ne; tunc certè pecunia non transit nunc in  
dominium Petri: posita tamen conditione, si  
priorē consensu non revocaveris, poterit  
procul dubio Petrus eos sibi accipere, & de  
illis ut suis liberè disponere; quia ex vi prioris  
consensus, virtualiter perseverantis, cen-  
seris tunc eos tradere, quā traditione perfici-  
tur contractus donationis vel mutui: ergo, si  
ipse erit animum habet, vel habuit, eos suo  
nomine possidendi posita conditione, absque  
alio novo consensu tuo, incipit eos tuo no-  
mine possidere, & ponitur totum, quod exi-  
gebat ad perficiendum talem contractum.

Unde idem dicendum videtur, quoties  
non requiritur traditio realis, sed suffici-  
virtualis vel interpretativa, que in tali mo-  
do contrahendi, talibus verbis expresso, con-  
tinetur, ut cū donans domum Petro, con-  
stituit se ejus nomine possessorem & inqui-  
linum, & idēc censetur ei domum tradere.  
Nam si donaret, etiam sub conditione futu-  
ra, & diceret: *Ea nunc pro illo tempore & ho-  
ra, quāras talis conditio posita fuerit, constitu-  
me possessorem & inquinum tuo nomine;* id  
sufficeret, ut posterū dic, priori consensu non  
revocato, adveniente conditione, censem-  
ter traditio fieri absolue virtute prioris  
consensus, virtualiter manentis.

Quod enim operatur consensus moraliter  
præsens, operari poterit idem consensu non  
revocatus virtualiter præsens: quare si con-  
sensus præsens, tali modo expressus, sufficit  
ad inducendam traditionem virtualem; sic  
etiam idem consensus, virtualiter præsens,  
poterit postea eandem traditionem virtua-  
lem inducere; sicut enim in Matrimonio  
verba & contentus præsens inducit tradi-  
tionem actualem corporum, & idem con-  
sensus virtualiter manens, inducit postea  
posita conditione eandem traditionem; sic  
in aliis contractibus idem consensus, virtualiter  
perseverans, poterit adveniente condi-  
tione inducere traditionem virtualem, quæ  
solo consensu & verbis induci potuisset.  
Quando tamen requiritur traditio realis, suf-  
ficiet, si res illa jam penes donatarium in-  
veniatur, ad hoc ut vi prioris consensu virtua-  
liter manentis, incipiat ab ipso ut sua possi-  
deri. Hucusque Cardinalis.

Ergo nec secunda differentia probat op-  
positum nostræ Conclusionis; sed adhuc verè  
dicitur, tametsi Matrimonium sit contra-  
ctus, qui nequaerat perfici solo consensu, sed  
necessarij constet traditione rei; equidem  
sub conditione celebratum, eventu conditionis  
purificatur, sive perficitur sine novo con-  
sensu, nisi prior consensu fuerit revocatus.  
Ex quo sequitur hoc corollarium.

I Ncipio ab eo, quod certum est apud Om-  
nes, scilicet secundum Matrimonium esse  
illicitem; quippe nemo dubitat, quin ex tali  
Matrimonio oriatur obligatio pura expe-  
ctandi eventum conditionis, & obligatio  
conditionalis ad minus sponsalium; his au-  
tem obligationibus præjudicat secundum  
Matrimonium, supposito quod sit validum,  
ut per se manifestum est; ergo peccat gravi-  
ter, quia contra iustitiam in materia gravi,  
qui id facit absque causa, invitâ alterâ parte;  
& magis, inquit, Aversa h̄c q. 4. sect. 1. §. Aversa.  
Tertio, in fine, quām quā solis sponsalibus  
recedit. Videntur autem, addit idem Au-  
tor, exdem cause sufficere posse ad lici-  
tē recedendum ab eo contractu, atque à  
sponsalibus.

Sed contra dicaret alius: si majus pecca-  
tum est, recedere à contractu illo conditionali-  
li; ergo etiam videntur requiri majorē cau-  
sa ad lictē ab eo recedendum; nam quod ob-  
ligatio aliqua gravior est, eo requiruntur ma-  
iores cause, ut illa obligatio cesset, sive per  
dispensationem, sive aliud medium. Sic v.g.  
quia major obligatio est celebrandi Missam  
cum manipulo, stola & casula, quām cum  
cingulo; idēc major requiritur causa ad ce-  
lebrandum sine manipulo, stola, & casula,  
quam dumtaxat sine cingulo.

Similiter; quia major est obligatio voti  
absoluti castitatis perpetuæ, quam voti dum-  
taxat conditionati; idēc major requiritur  
causa ad dispensandum in voto absoluto,  
quam conditionato. Immo votum absolutum  
Pontifici reservatum est, secus conditionatum. Ergo itidem, si magis peccet, qui  
recedit à Matrimonio conditionato, & per  
consequens, si Matrimonium conditionatum  
magis obliget (nam illi excessus peccati,  
non potest aliunde provenire, quam ex ex-  
cessu obligationis) videntur etiam requiri  
maiores causæ, ut lictē recedatur à Matri-  
monio conditionato, quam à sponsalibus.

Uru sit de hoc excessu, ad veritatem Con-  
clusi sufficit, quod absolue illud Matrimo-  
nium sit illicitem, estō etiam non fore va-  
lidum; quia saltem per illud revocatur prior  
consensus, ad quem tamen altera pars per  
contractum onerosum jam acquisiverat jus.  
Unde cogendus talis foret ad renovationem

X x x pri-

65.  
Probatur se-  
cundum Ma-  
tri. esse illici-  
tem; si com-  
trahatur se-  
ne justa  
causa.

66.  
An require-  
tur major  
causa, quam  
ui recedatur  
a sponsalib-  
us.

67.  
Per secun-  
dum Matr.  
revocatur  
prior con-  
sensus.

530 prioris consensus (sicut debet quis cogi ad implendam promissionem, quam præstitit in sponsalibus) casu quo succedat conditio, apposita in illo contractu; nam absque novo consensu, ut dictum est præcedentis Conclusus non potest perfici Matrimonium, ad quod tamen se obligavit sub conditione, quæ, ut supponitur, jam impleta est.

68. Alioquin si non adimplatur pro eo tempore, quo deberet, utpote si quis dixerat: *Contrabo tecum, si per totum hodiernum diem pater consentiat*, & pater nolit toto eo die conferire; jam lapso die, remanet eo ipso nullus & irritus ille contractus. Intellige, si dies illa constituta fuerit ad terminandam obligationem, juxta dicta Sect. 2. Conclus. 2.

Pater manifestè; quia Matrimonium sumit valorum ex consensu contrahentium; sed in tali casu contrahentes non consenserunt, nisi præcisè sub tali conditione, ut supponimus; ergo eâ sublata idem est, ac si nullatenus consenserint: ergo non concurrente illâ conditione, verè non contrahunt Matrimonium, seu perficiunt conjugalem contractum; sed ad verè contrahendum opus erit alio novo consensu, independenter ab illa conditione.

69. Itaque certum est, non licere, invià parte, nisi adiutoria justa causa, aliud Matrimonium contrahere, pendente conditione, aut etiam nudè priorem consensem revocare. Dubius autem Aliquis apparuit, spectata solâ ratione, valor secundi Matrimonii. Sic enim interrogar De Scildere in sua Synopsi de Sacram. §. 110. Sed quid, si quis post Matrimonium conditionate initum, adquaque utrumque acceptatum, pendente conditione consensem revocet, vel alteram ducat absolute? Et responderet: Auctoritas communis primum invalidum, & secundum, licet illicitum, validum ceterum. Hæret hic Abbas Panormitanus ad cap. *Super eo*, de Condit. appos. non capiens, ex quo capite contractus conditionatus potius, quam alii, per retractationem unius partis validè revocetur: quod etiam non intelligentes Theologi plures, contractum illum Matrimonii conditionatum dicunt non esse, nisi sponsalitium.

Sed cum abique fundamento speciali id afferatur, sequendo rationem, videtur Matrimonium primum, licet retractatum, perfici nihilominus, conditione impletâ, adquaque secundum fuisse invalidum. Et quidni, cum in votis & ceteris contractibus ita fieri Omnes admittant? Invalidè enim hæc revocantur ante conditionem impletam, cùque impletâ, etiam in invito perficiuntur: præferrunt etiam contractus conditionatus prior, posteriori absoluto; nam juxta leg. *Potior, 11. ff.* Qui potiores in pignore; qui sub conditione hypothecam acceperit, si po-

stea impleatur conditio, præferrut posteri, cui pendente conditione absolute data.

Ratio à priori est: quod, cum pro prefereatur contractum Matrimonii invocabatur sibi invicem se obligare homines possent, possint id etiam, si voluerint, pro futura impleatur.

Neque obstat; quod contractus complicitis dicatur traditione perfici: in aliis enim dominii translativa, et sola conditionis significatio, & acceptatio: & qui simularet, ex nullo capite ostenditur, quod non quæ traditio prior, posteriori preferatur, quām consensus.

Neque rursus refert; quod ex illico contractu ante conditionem impletam, non dū Matrimonium formaliter conficitur: nam sufficit inde exsurgere Matrimonium in radice, in quantum dataset, acceptatus ex se irrevocabiliter conficitur conditione impletâ purificatur: non sic consensit, quām vis liber sit à Matrimonio præstanti, non ramen à bussone, pro præstanti impedit traditionem alteri faciendam: sicut jus bussone, a quo relicta, & post jo. annos nepoti obventur, impeditque, ne pro præstanti valide invenientur, succedat, idque ob radicem ipsius scilicet voluntatem testatoris proposita.

Hucusque præfatus Auctor, præcipuam difficultatem, que alet contra præcedentem Conclusum nobiscum docerit, defumpta est. contractus conditionatus, non dū Matrimonium abolutum, quo sponsalia; ex quo infra scripti, Matrimonium conditionatum, non dū sponsalia, & idem omnino non est novum consensem impletum. Hæc, inquam, difficultas penitus erit, si vera est doctrina De Scildere.

Si autem à me queritur, ut an Respondeo cinius: fallam eis, quod possumus communis DD. tam Jurisperitorum quam Theologorum sententie ab aliis fundamento, ut jamjam ostendo. Num illud foret? Non aliud planè, quam utrilibus ita fieri, Omnes admittant?

Sed, pace vestra, non Omnes admittant ita fieri in quibuscumque votis, quam in Professione religiosa, de qua ita dominicus tom. 3. de Relig. I. 6. c. 12. n. 11. Ceterum est, si consensus fuerit revocatus, impletam conditionem, non faciet effugere impleri conditionem, ut Professio valde quia dissensus subiectus, illius valorem impedit, ut supra dixi, et quæ in familiis communis sententia in cap. *Super eo*, de Con-

B  
Sacra  
P  
P

68.  
Quid se  
conditio non  
impletatur  
tempore de-  
terminator

An secun-  
dum Matr.  
sit validum.  
Negat De  
scildere,

appos. Hæc ille. Itaque Professio religiosa quod hoc punctum assimilatur Matrimonio juxta Suarium.

Quanrum ad vota simplicia aliosque contractus, ut emptionis & similes, qui solo consensu perficiuntur, fateor, Omnes admittunt in iis ita fieri; id est, validos esse & obligare impletam conditionem, tametsi altera pars sum revocasset. Sed cur hoc?

Respondent Aliqui; in aliis contractibus jus supplere consensum actualiem, qui tunc deficit, secus in Matrimonio; non quia Sacramentum est, sed propter naturam & excellentiam talis contractus, in quo Respublica non potest supplere consensum contrahentium. Ita videtur docere Victoria in Refut. de Matr. in 2. punctione, 1. part. quem sequitur Sanchez dicta disputatione 8. numero 8.

Hæc tamen doctrina (inquit Lugo de Penit. disp. 13. n. 123.) difficillima semper visa mihi est; neque enim unquam inventi-  
mos, humanum jus quad hoc specialiter de-  
rogasse juri naturali, aut voluisse supplere  
consensum in aliis contractibus; sed potius si validi sunt, valent utique ex natura sua;  
quod aperte constat in voti, sub conditione  
de futuro emissio. Si quis enim volet catti-  
tatem sub conditione, *Si Petrus salvus redeat,*  
redeunte Petro, reus eri voti, quantumcumque  
consensum retractaverit ante impletam  
conditionem. Nec illus cogitavit, valorem  
illius voti provenire ex dispositione juris  
Canonici, supplete consensum; sed Omnes  
fatentur, id provenire ex natura ipsius voti  
conditionalis, cuius obligatio, conditione  
posita, transit in absolutam. Ergo idem di-  
cendum est de aliis contractibus humanis;  
nam quad hoc eadem est ratio de illis ac de  
voto, nec minor consensus requiritur ad va-  
lorem voti, quam ad valorem aliorum con-  
tractuum. Hæc ille.

Et prosequitur dicens: Unde impugnatur facile doctrina, quam ibi supponit Victoria, scilicet quod in contractu conditionali detur solum promissio quedam contrahendi posita, posita conditione; quia tota illa forma contrahendi est potius promissiva, quam effectiva contractus absoluti, vel translativa domini. Hoc, inquam, impugnatur ex illo exemplo voti conditionalis: nam si votum castitatis conditionale, esset solum quasi promissio quedam vovendi absolute, posita conditione, sequeretur, quod si aliquis revocaet hanc voluntatem ante adventum conditionis, vel eâ posita nollet se obligare, peccaret quidem contra priorem promissionem, non tamen peccaret contra votum castitatis, si tunc haberet copulam illicitam, etiam post conditionem impletam, quia revera nondum

fecit votum castitatis, sed promisit illud facere: quare haberet le, sicut qui volet ingredi Religionem, & profiteri in illa; nam licet peccet contra hoc votum, non ingrediendo Religionem, ejus tamen peccata contra castitatem, non habent specialem malitiam contra votum castitatis, interim dum non facit Professionem. Hoc autem dici non potest in casu positio de voto conditionali castitatis: Omnes enim, supponunt, impletâ conditione, peccata contra castitatem habere specialem malitiam contra votum, licet prius revocaverit consensum; ergo votum illud non fuit solum promissio vovendi, sed verum votum castitatis ipsius, quod positâ conditione transfit in absolutum. Hæc tamen Eminent.

A quo si queras, quae ergo differentia inter Matrimonium & alios contractus? Respondet continuo ex Suario supra n. 18. & seqq. Contractus non omnes habent eandem naturam. Alii enim sunt, qui solum ponunt de presenti, quando sunt, obligationem, non autem traditionem aut executionem obligacionis; & in his potest ponni obligatio praesens, respiciendo tempus futurum, aut executionem ponendam post adventum alius conditionis, & ejusmodi contractus, facti sub conditione, validi sunt, licet ante adventum conditionis revocetur consensus; manet enim obligatio semeius contracta ad faciendum aliquid, quando ponetur talis conditio: sicut, si ego hodie promittam tibi dare eas librum, obligatio est jam praesens hodie ad actionemcrastinam, atque adeo non possum hodie revocare meam promissionem, nec ea revocatio reddit invalidum contractum, & quidem in hoc genere sunt vota conditionalia, & alii contractus regulariter loquendo.

Alii autem sunt, qui, dum sunt, non solum ponunt obligationem ad aliquid futurum; sed afferunt secum essentialiter ejus executionem, & traditionem rei; quare non possunt fieri in solum tempus futurum, aut sub conditione futura. Talis videtur esse traditio possessionis, quæ, cum sit essentialiter praesens, non potest nunc dari pro tempore solum futuro, aut sub conditione futura; quia est praesens executio, & non est praesens. Tale autem videtur esse Matrimonium, quod non est promissio utcumque in futurum (ut sic enim essent sponsalia) sed est contractus essentialiter afferens ex se executionem presentem, & traditionem actuali-  
tem utriusque conjugis; quæ omnia, si actualiter non afferat, non erit contractus Matrimonii, sed alius diversus, quem homines non intelligunt nomine Matrimonii, & qui non habet eosdem effectus; neque enim conjugit inseparabiliter, cum adhuc non sint conjuges, & per consequens nec conjun-

*Disput. II. De Contratu & Sacramento Matrimonii.*

532. *Et actualiter ante adventum conditionis;*  
talis est etiam in sententia Suarri Professio religiosa, quæ est quasi quoddam Matrimonium spirituale, conjungens actualiter profillum cum Religione conjunctione praesenti, atque ad eò si fieret sub conditione de futuro, non esset valida, si ante adventum conditionis revocaretur consensus. Usque adhuc Lugo sup. n. 125.

78.  
*Docet Lugo  
Matr. condic-  
tione per-  
fici sine novo  
consensu.*

*Qui tamen nobiscum docet, contra Sua-  
rium suprà, positâ conditione non esse ne-  
cessarium novum consensum, ut perficiatur  
Matrimonium; sed sufficere consensum praeteritum, moraliter seu virtualiter in sua con-  
ditione perseverantem, quamdiu non revo-  
catur; quia (inquit n. 128.) licet ante non  
fuerit Matrimonium, & licet ad essentiam  
Matrimonii requiratur consensus in conju-  
ctionem praesentem; positâ tamen conditione,  
incipit esse talis consensus in conju-  
ctionem praesentem, non quidem physicè, sed  
moraliter & virtualiter; nam consensus praes-  
teritus, sub conditione praestitus, & verba,  
quibus expressus fuit, postea dum non revo-  
cantur, censemur moraliter & virtualiter  
permanere, & transire in consensum, & in  
verba absoluta, ex vi quorum, ut nunc exi-  
stentium & praesentium, si nunc contractus  
Matrimonii, ad cuius essentiam diximus suprà  
sufficere verba virtualia seu æquivalen-  
tia, qualia dantur in hoc casu impletâ con-  
ditione; quia ex non revocatis verbis priori-  
bus, conflingunt moraliter verba similia, de  
praesenti absolute prolatæ, quibus nunc fit  
illud Matrimonium.*

79.  
*In quo diffe-  
rat ab aliis  
contracti-  
bus, ex cod.*

*Et in hoc differt ab aliis contractibus,  
quod alii communiter obligant, etiam revo-  
cato consensu ante positam conditionem;  
quia scilicet non obligant ex vi voluntatis  
praesentis, moraliter permanentis (hæc enim  
moralis permanentia tollitur per revocationem)  
sed ex vi prioris voluntatis, que jam  
tunc obligabat ab initio in ordine ad tempus  
futurum: at vero in Matrimonio, de cuius  
ratione est, obligare in ordine ad tempus  
præsens, quo fit, non potuit talis obligatio  
oriri ex solis verbis præteritis; illa enim  
præterita non possunt facere Matrimonium;  
sed debet oriri ex iisdem, ut nunc sunt praesentia  
moraliter per negationem revocationis,  
quatenus qui manifestavit suum con-  
sensum ad diem crastinum, & postea non re-  
vocat, censemur cras perseverare in eadem  
manifestatione & consensu, & tunc perficere  
Matrimonium per illum consensum,  
& per illa verba, ut tunc moraliter perseve-  
rant. Ita discurrat Lugo de hac controversia.*

80.  
*Ex quo oria-  
tur solibili-  
tas Matr.  
conditionalis.*

*Itaque solubilitas Matrimonii condi-  
tionalis, præ alias contractibus, & votis, oritur  
ex speciali ejus natura; ut etiam ex eadem  
natura oritur, quod Matrimonium requirat*

majorem libertatem, utpote contratu  
dissolubilis & maximè onerosus, de quo  
bi egimus. Et ecce everum habet for-  
mentum de Scildere, solutum, inquit, pa-  
gumentum, desumptum ex voto, &c  
contractibus.

Quàmvis ergo aliquis contractus con-  
ditionatus prior, v. g. hypothecæ condi-  
tionalis, præferatur contractui posteriori abso-  
luto, v. g. hypothecæ absolute, non potest  
ētè inferiur: ergo etiam Matrimonium condi-  
tionale prius, debet præferri Matrimoniū  
posteriori absoluto. Ratio disparti-  
hypotheca non est contractus, qui per  
traditione, veluti est Matrimonium, sequenter hypotheca conditionalis, de qua est ve-  
senti solum ponit obligationem, quae  
potest tollere hypotheca absolute, pos-  
suti emptio posterior absolute, non  
præjudicare empioni priori conditioni  
eò quod primus emperor ius habeat res  
tum ad rem, conditionate tibi vestimenta  
iam pro nunc, antequam conditionis  
fit; sic tamen ut si res secunda capi-  
data fuerit, maneat ipsius, non potest  
conditio adimplatur.

Quid miramur? Quippe eam pri-  
venditio suisset à principio abso-  
luta, secundus emperor dominum excep-  
cū dominium non acquirit per  
emptionem; sed ita, si traditio  
juxta l. 20. Cod. de Pactis, Tra-  
nsfusacionibus dominia rerum, in  
transferuntur. Nec ergo miramur  
habet Conclus. & communis  
secundum Matrimonium finali-  
num autem invalidum; neque  
Matrimonium conditionale, non  
conditionem, non fuit facta  
ris; secùs per secundum Matrimoniū  
solutum.

Enimvero traditio hic dominum excep-  
va, non est cuiuslibet consensus legiti-  
& acceptatio, ut videatur. Desolitum  
supponere, sed solius absoluti contractus  
unique significatio non habetur, am-  
tam conditionem, ut pater, quia am-  
tam conditionem non est absolute  
sus, & ideò in prætentu calu non per-  
traditio posterior priori, quia nega-  
rem consensum fusse traditionem, per-  
fertur traditio consensi conditionis  
in simili allegato præferatur traditio  
dite, nudo consensi seu pacto vestitio.

Et veluti, qui rem tuam vendit, non  
test per solum consensum suum facere, non  
valeat traditio, potest faciendo deci-  
emotor; ita quoque contrahens Matrimoniū  
conditionalum, per solum illum con-  
sensum non potest facere, quia valeret  
monium secundum absolute contractum.

R  
Sacra  
P

Unde corrut ratio à priori de Scildere supra: negamus quippe, quòd sicuti pro praesenti, per contractum Matrimonii irrevocabilem, sibi invicem se obligare homines possunt; ita etiam, si voluerint, possint se irrevocabiliter obligare pro futuro, sive per sponsalia, sive per consensum de praesenti conditionatum. Id ergo probandum refat prafato Auctori, & cùm non proberet, non appetet ejus sententia vera, sed meritò falsa reputatur.

83. Multum ergo refert, quòd ex illo contractu conditionato, ante conditionem impletam, nondum Matrimonium formaliter completum sit; quia sine tali complemento non est simpliciter Matrimonium, sed solum cum illo addito: *Conditionatum*, particulè utique alienante à vera ratione Matrimonii, quæ importat traditionem corporis irrevocabilem, sive consensum datum & acceptatum ex se irrevocabiliter.

Itaque consensus ille conditionatus dicitur Matrimonialis, non quia de facto traditio irrevocabilis per eum facta est, sed quia per eum, impleta conditione, nata est fieri talis traditio, supposito scilicet, quòd maneat. Non manet autem, quando vel revocatur expressè vel implicitè per contractum absolutum cum alia; quia duo consensus absoluti simul stare non possunt; & prior consensus absolutus, necessariò præfertur posteriori, sive destruit posteriorem; quia reddit objectum ejus impossibile, quoniam impossibilis est traditio corporis, quod amplius non est ipius, sed conjugis. Jam autem in causa supponitur, quòd secundum Matrimonium absolutè fuerit contractum ante impletionem conditionis; adeoque consensus, qui purificatur per impletionem conditionis, posterior est, inquantum purificatus, & ideo necessariò corrut.

Dices: sufficit, quòd fuerit prior, inquantum non purificatus; sic enim constituit Matrimonium in radice, ut loquitor de Scildere supra, inquantum datus est & acceptatus ex se irrevocabiliter consensus, qui conditione impletarè purificabitur.

Respondeo: probatum oportuit, non suppositum, quòd dari possit & acceptari iste consensus ex se irrevocabiliter. Ego autem probo oppositum à simili; in aliis contractibus; quippe omnes admirtere debent, sicut de voluntate utriusque partis eos posse revocari; cur ergo similiter non poterit revocari tale Matrimonium? An quia consensus Matrimonialis est irrevocabilis? Constat sanè cum revocari posse, quando contrahitur per Procuratorem, ut constat ex Sect. 6. Conclus. 2. ita ut posità revocatione consensus, antequam Procurator contrahat, etiam mērē internā, Matrimonium per Pro-

curatorem contractum omnino invalidum sit, estò alii contractus forent validi. Ergo confimiliter potero dicere, Matrimonium conditionatum esse revocabile, tametsi alii contractus non forent revocabiles.

Ex quo patet responsio ad simile, quod pro sua sententia afferit de Scildere dicens: *Sicut ius hereditatis, ab avo relictum &c.*

Repb. ad simile Scildere.

Estò enim illud jus foret irrevocabile, non tamen idè Matrimonium conditionatum, propter specialem naturam Matrimonii, multum diversa à natura testamenti, sive ab illo jure hereditatis. Siquidem donationes ultimæ voluntatis revocabiles sunt ante mortem testatoris, secluso juramento; mortuo autem testatore irrevocabiles sunt, quia non est qui possit revocare, sive quia amplius non existit ille, qui testatus fuit, qui ante mortem poterat revocare non solum validè, sed etiam licet; ipse, inquam, qui testatus fuit, & non alius, vel saltet validè; at verò Matrimonium absolutum, ex se indissolubile est, etiam per consensum utriusque partis, & quandiu solum est conditionatum, certum est, quòd possit dissolvi, & de facto dissolvatur, si conditio tempore præfixo non adimpleatur; quidni ergo etiam possit dissolvi per voluntatem unius, aut certè utriusque partis, adhuc potentis priorem suam voluntatem revocare?

Porrò in simili posito supponitur, aut saltem debet supponi, avus, qui reliquit jus hereditatis, nepoti obventurum post 50. annos, mortuus. Quid ergo mirum, si illud jus impedit alium quemvis, ne pro praesenti validè in hereditatem succedat, idque ob radicem juris futuri, scilicet voluntatem testatoris, pro praesenti positam, & irrevocabilem propter mortem testatoris, qui filius poterat eam revocare?

Hinc simile illud retorqueri posset in suum Auctorem hoc modo: Testator potest revocare consensum suum, quandiu vivit, Retorqueretur in suum Auctorem.

& alteri relinquere hereditatem, quia testamentum solum confirmatur seu completerur per mortem testatoris; ergo similiter, quia Matrimonium conditionale non completerur formaliter, nisi per positionem conditionis, ante ejus eventum potest utraq[ue] pars seipsam validè alteri tradere per consensum absolutum.

Disparitas tamen aliqua est; quòd testator potest etiam licet voluntatem suam inter testamento & conditionem, sive absolutam, sive conditionem, revocare; non sic autem, ut supra dictum est, qui contraxit Matrimonium sub conditione, nisi existente justa causâ, quia quāvis compars non habuerit absolutum jus; habuit tamen jus inchoatum magis, quam per sponsalia, aut certè æquale;

sicut ergo illicite privatur jure, quod haberet

534 ex sponsalibus, per subsequens Matrimonium cum alia; pari ratione etiam illicitè privatur jure, quod habet ex Matrimonio conditionato. Et ratio disparitatis inter testamentum & hunc contractum est, quod testamentum sit donatio omnino libera; hic autem contractus sit onerosus, scilicet, do ut des.

87.  
Testamen-  
tum licet  
potest revo-  
cari.

Quare illud jus hereditatis, liberè reli-  
ctum ab avo nepoti, ut suppono, semper va-  
lidè & licetè poterat revocari ab illo, qui re-  
liquebat, id est, ab avo, quamdiu per mor-  
tem avi testamentum, non erat confirmatum;  
interim revocatione non subsequutā  
ante mortem, post mortem impedit alium  
quemvis, ne pro præsenti validè in heredi-  
tatem succedat; quia contra voluntatem  
testatoris nemo potest succedere in heredi-  
tatem.

Atque simili modo in casu proposito non  
potest quis accipere jus in corpus alterius,  
mihi sub conditione traditum, ut sic loquar,  
fine revocatione vel consensu ejus, qui sub  
conditione tradidit, secùs si ipse consentiat;  
quia illa traditio non fuit formaliter com-  
pleta; sed tantum inchoata, complenda per  
eventum conditionis.

88.  
In quo con-  
veniat Ma-  
trim. condi-  
tionalis cum  
sponsalibus,  
& in quo  
differat.

Igitur in eo convenit hic contractus con-  
ditionatus cum sponsalibus, quod sit disso-  
lubilis ante eventum conditionis, non solum  
validè, sed etiam licetè justa ex causa; in hoc  
autem differat, quod sit inchoata traditio,  
perficienda per eventum conditionis, abs-  
que novo consensu contrahentium, nisi  
prior consensus fuerit revocatus, ut dictum  
est Conclus. præced. quod non competit  
sponsalibus propriè seu strictè dictis, quæ  
ulterius requirunt novum consensum de  
præsenti, ut fiat Matrimonium.

Simili modo, quo simplex votum ingre-  
diendi & profundi aliquam Religionem, ulterius requirit novum consensum de præ-  
senti, ut fiat Professio religiosa; at verò Pro-  
fessio conditionalis, absque novo consensu per-  
ficitur, ut supra diximus, per eventum  
conditionis; in quo proinde differat hæc  
Professio à voto simplici; convenit autem in  
eo, quod sicut votum simplex non irritat  
Matrimonium subsequens, ita nec Professio  
illa conditionalis; quamvis alioquin, secun-  
dum Multos, absoluta Professio jure naturæ  
illud irriteret.

Ergo consimiliter, quamvis Matrimoniūm  
formaliter completum, jure naturæ  
irritet Matrimonium subsequens, secùs tam  
men Matrimonium conditionatum; sed potius  
Matrimonium absolutum subsequens,  
dissolvit prius Matrimonium conditiona-  
tum, & ipsum firmum & irrevocabile per-  
manet. Contrarium dicendum in sententia  
de Scildere, ut supra vidimus, scilicet, se-  
pleri potest. Hæc ille.

cundum Matrimonium esse nullum & in-  
validum; primum autem perfici, etiam in in-  
vito, adveniente condicione.

Et si quereras ab ipso; an perficiatur in in-  
vito tam in ratione Sacramenti, quam con-  
tractus. Respondebit supra: Contractus in  
conditionatus impletâ condicione perfici-  
rationem Sacramenti fortior: sed non  
invito, eò quod intentio Sacramenti valde  
revocata sit, utpote quā talis, ab altero non  
acceptata. Hæc ille.

Sed unde id constat? Sane alter certe  
velle contrahere, & voluisse contrahere,  
cuti debebat velle, putâ conscientiâ seu  
acceptando tam intentionem Sacramenti,  
quam contractus; de facto quippe interde-  
les nequit separari contractus à Sacra-  
mento Matrimonii, falem licet, forte  
validè, de quo alibi disputavimus. Igitur  
ter, quando conditionatè contractetur, con-  
tetur acceptasse tam intentionem Sacra-  
menti, quam contractus; cum nulla sit res  
quæ potius unam, quam alteram acci-  
pient.

Dices: intentio Sacramenti validè sit  
revocata. Sed contrà: unde confitit validè  
posse revocari intentionem Sacramenti po-  
tius, quam contractus? Nonne tam es-  
sentialiter requiritur ad valorem contractus  
intentio contrahendi, quam ad valorem  
Sacramenti intentio Sacramenti? Sic ergo  
matrimonium conditionalis perficitur in  
in ratione contractus, cur non etiam  
in ratione Sacramenti? Ex quo probatur  
lidè revocetur intentio Sacramenti, deo-  
probatur quod validè revocari intendit  
Sacramenti potius, quam immo-  
tus, præsertim si ratio contractus  
deles non possit validè separari à ratio  
Sacramenti? Expectabam responsum à do-  
ctoribus. Dico ego, salvo meliori respon-  
sum, quam perfici Matrimonium conditiona-  
tum in ratione Sacramenti sine novo con-  
sentiente, vel per novum consensum in ratio  
Sacramenti, etiam in hoc casu.

Porrò quod nunquam perficiatur in  
ratione Sacramenti, quamvis bene in ratio  
contractus, docet Hippocrates in suo Com-  
ment. 4. dist. 30. q. 1. n. 38. Ex predicto  
quia ex regula generali de Sacramenta  
requiritur, ut materia & forma sint in aliis  
non in habitu ad causandum effectum. Si  
Sacramentale, & per ministros applicantur.  
Ministri autem Sacramenti Matrimonii  
sunt ipsi contrahentes, & per consensum  
conditionalis non ponitur materia & ma-  
teria Sacramenti in effectu; quia requirent  
consensus absolutus de praesenti, verò si  
presul, ut fiat Sacramentum, cuius effectus  
neque per arbitrium ministri, neque alio-  
rius, cuius est conditionem adimplere, sup-  
pleri potest. Hæc ille.

Et continuò sibi objicit: Dices; materiam & formam Sacramenti consistere in consensu seu contractu, nihil immutato; sed hic contractus est legitimus & inducit vinculum indissolubile; ergo & Sacramentum.

Contrà (inquit ille) ex Florent. requiruntur res & verba, vel his æquivalentia; requiriuntur ergo haec, ut actu applicentur, & sint ad effectum Sacramenti: sed consensus conditionatus non est compleatus, & inducens vinculum consummatum Matrimonii quando est; quando vero impletur conditio, que etiam dormientibus contrahentibus impleri potest, tunc non est; ergo nequit esse materia Sacramenti aut forma, aut tunc applicari per intentionem ministri: ergo neque esse Sacramentum, quod requirit contractum compleatum & consummatum, ut inducat vinculum, cuius intuitu datur gratia. Poteat ergo vinculum Matrimonii induci, absque eo quod Sacramentum, quod concomitant se habet, conferatur; quia præratione legitimam contractus, requiritur, ut sit compleatus & absolutus de præfenti, ex vi consensu, verbis expressi, ut sit Sacramentum. Hæc ille.

Quod si replices; inde sequeretur, etiam Matrimonium, factum per Procuratores aut literas, non esse Sacramentum; quia consensus præteritus absentis tunc non est.

Respondebat præfatus Auctor n. 60. plures id admittere: sed negatur, inquit, Consequentia, & paritas; quia non est præteritus, qui virtute manet in loco effectu; maner autem consensus domini expressus in mandato, & in literis, que equivalent verbis de præfenti, non ita consensus conditionatus, qui neque compleatus est, sicut prior, neque manet in illo suo effectu sensibili, qui ei æquivaleat, quando conditio purificatur; ergo magna est disparitas. Hæc ille.

Urget: Consensus conditionatus alligatur conditioni, & tunc est, quando conditio impletur; sicut voluntas domini sic alligatur mandato, ut fiat Sacramentum virtute eius. Constituant enim contrahentes consensum suum in arbitrio parentum v.g. quando contrahant cum ea conditione, Si parentibus non displiceat, aut placeat.

Contrà, inquit Hiquæus: in ejus virtute perficitur Sacramentum, in cuius virtute perficitur contractus; sed contractus perficitur ex vi consensu conditionatus præfentis, per contrahentes habiti, qui licet pendeat à conditione, tamen conditio ipsa, tantum est conditio, & non causa contractus, aut inducens obligationem & vinculum, licet consensus conditionatus non inducat vinculum compleatum, donec ponatur conditio. Item; ipsa contrahentes ministri sunt Sacramenti, non vero cœla, quæ ponit conditionem: non

ita est alligatus consensus domini mandato & consensu præfenti Procuratori, qui nomine illius exhibetur; sed alligatur tanquam causa suo effectui, & signo sensibili, per quod exprimitur: quævis ergo conditio sit in arbitrio alterius; non tamen consensus de præsenti conditionatus est in arbitrio ejus; sed tanquam est in potestate ejus impediens, subtrahens conditione, ne ille consensus transeat in absolutum, neque induit personam contrahentis, sicut Procurator personam mandantis: unde potest quis vel per se, vel per alium suo nomine contrahere vinculum & ministrare Sacramentum. Hucusque ille Auctor pro sua sententia.

Sed quia nos opositam docuimus Concl. 2. scilicet Matrimonium conditionatum per eventum conditionis perfici, tam in ratione contractus, quam Sacramenti, sine novo consensu; hinc Respondeo; quævis voluntas contrahentium conditionate, non sit causa, quare conditio ponatur, est tamen causa, quod illa conditio, dum ponitur, faciat transire consensum conditionatum in absolutum; & ita rectè dicitur, consensum illum moraliter & virtualiter consistere seu permanere in illa conditione, nisi prius fuerit revocatus.

Quando ergo conditio illa ponitur, jam tunc ponitur materia & forma Sacramenti Matrimonii, que sunt corpora contrahentium & eorum consensus absolutus de præfenti; qui consensus licet pro tunc physicè non existat, equidem moraliter & virtualiter, que existentia sicuti sufficit, ut ex tunc exurgat obligatio indissolubilis Matrimonii, que ante illud tempus nondum fuerat exortata; ita etiam sufficit, ut conferatur gratia Sacramentalis, ordinata à Deo ad supportanda onera illius gravissime obligationis.

Fatetur ergo (inquit Lugo de Just. disp. 22. n. 389.) Matrimonium Sacramentum tunc operari gratiam, quando est, si non adsit obex: dicimus tamen, in casu nostro nondum positum esse Sacramentum, donec ponatur conditio, sub qua consensus datus fuit: quia antea nec datur compleatus consensus ab solutorum, nec etiam verba requisita ad illum exprimenda: sed per adventum conditionis, consensus conditionatus, non revocatus, transit in ab solutorum, & verba priora, quibus expressus fuerat consensus sub conditione, cum revocata non sint, sunt virtualiter, posita conditione, verba præsentia ab soluta, quibus significatur consensus præsens ab solutorum, que verba virtualia complent formam hujus Sacramenti: quare ante positionem conditionis nondum intelligitur completa forma, nec etiam traditio; atque ideo nec datur Sacramentum ante adventum conditionis, sed posita conditione dantur verba

Ante adventum conditionis non est Sacramentum Mair. Lugo.

virtualia, datur consensus virtualis præsens & absolutus, datur traditio virtualis præsens & absoluta, quæ sufficiunt ad verum contractum humanum, & idem tunc incipit esse Sacramentum perfectum, & operatur suum effectum.

97. *Quod sufficit ad verum contractum etiam ad rationem sacramenti.* Quippe, ut non semel diximus, Christus elevando Matrimonium ad dignitatem Sacramenti, reliquit contractum, qualis antea erat; quod ergo sufficit ad verum contractum, etiam satis est ad veram rationem Sacramenti; si ergo per adventum conditionis, sine novo consensu, perficiatur Matrimonium conditionatum in ratione contractus, ita ut fiat absolutus contractus de præsenti, etiam consequenter perficietur in ratione Sacramenti. Non quod nequeat ratio contractus separari à ratione Sacramenti; oppositum enim apparet in infidelibus; sed quod vera ratio contractus sit sufficiens fundamentum seu subjectum significationis Sacramentalis; quæ proinde tempore ei connectitur, nisi aliquid aliud obster.

98. *Objecito.* Dices; obstat hic, quod nisi adsit nova expressio consensus, non appareat aliquid signum sensibile novum; nam signum sensibile præteritum, nempe verba priora, cum solùm essent conditionalia, non significarunt sensibiliter sufficienter consensum absolutum.

Respondeo; non minor sensibilitas requiritur ad rationem contractus humani, quam ad rationem Sacramenti; ergo si verba priora, posita conditione, significant sensibiliter sufficienter consensum absolutum, ad inducendam veram rationem contractus humani, etiam sufficienter sensibiliter significabunt eundem consensum absolutum, ad inducendam veram rationem Sacramenti. Nam sicuti Sacramentum definitur. Signum sensibile efficax gratia ex opere operato; ita etiam contractus definitur: signum exterrnum practicum ultrò citroque obligacionem, ex consensu contrahentium pariens. Igitur signum exterrnum seu sensibile, quod sufficit ad verum contractum, etiam satis erit ad verum Sacramentum.

99. *Quomodo verba conditionalia impleta conditione significent sensibiliter consensum absolutum.* Et quidem quando conditio, quæ postea impletur ipsa sensibilis est, satis appetet, quomodo per eam, re ipsa postea positam, compleantur sensibiliter verba conditionalia, antea prolata, ad significandum consensum absolutum, quem antea sensibiliter non significabant; si enim contrahens consensit, *Si navis cras veniret, eo ipso quod non revocet hunc consensum, & navis veniat, significatur sensibiliter consensus, virtualiter perseverans & absolutus, quem antea solùm significabant sub conditione verba prolata, per quam significationem sensibilem novam, completur Matrimonium de novo in ratione signi sensibilis & Sacramenti.*

Sed quid si conditio sit insensibilis? Respondeo: Lugo supra n. 390. Sacramentum quidem ita debere esse insensibile, id, quod est signum, sit sensibile, objectum autem signi non debet esse aliquid sensibile. Objectum autem est duplex; alterum enim est gratia Sacramentalis, quæ dignatur danda, & quæ certè non est sensibile, alterum est potest conditio, sub qua significatur effectus, quæ conditio non est insensibile signum, sed potius tenet se ex objecti Sacramenti; significatur enim effectus sub conditione, atque id est sensibilis conditio, sub qua conditione significatur.

Quod quidem in ipso etiam contractu manu animadvertis potest, neque enim manus requiritur ad contractum humanum sensibilitas, quam ad rationem Sacramenti contractus etiam humanus, in ipso quod humanus est, debet humano esse; per signa sensibilitas celebrari. Et rite promittas Petro de cœsi cras per hoc debeat, & cogite ac speculeretur obiectum Scholasticum; nemo dicit, si Petrus acceptavit, & conditionem imposuit, te non teneri ex promissione, licet conditio per se non fuerit sensibilis, sed mentalis. Sed quippe, promissionem suile sensibile exterrnum, per quam ostendit voluntatem obligandi te, posita tali conditione, posita conditione voluntas illatura absolutam.

Quod idem de contractu Matrimonii considerati in ratione contractus contractum videtur, quod licet fiat sub conditione, vel præterita vel præsentis, subdus erit subsistente conditione; ita si vides valemur, quidem Matrimonium validum, prædictio subsistit, quamvis insensibilis autem contractus validus est, validum erit Sacramentum, cum non possit formalizari dari contractus validus Matrimonium qui non fit simul Sacramentum, in uno, nec major sensibilitas requiriatur ad sacramentum, quam ad contractum.

Hinc autem rursus fit, validum est, licet fiat sub conditione insensibilis, si conditio ponatur ante revocationem, non est enim magis sensibilis conditio, quam præterita vel præsens, quam future, quamvis insensibilitas in primo casu non obstat, neque obstat in secundo. Hac enim Eminent.

A quo, si petas, quid sensibile novum, veniat, posita conditione, per quod Sacramentum compleatur & perficiatur? Respondeo: citius; nihil formaliter sensibile ne-

venire, si conditio sensibilis non sit; sed poni consentium ab solutum, qui antea erat solùm conditionalis; quia ponitur conditio, sub qua consensus antea praestitus fuerat, & significatus sensibiliter pro tempore, quo poneretur talis conditio. Non ergo debeat antea Sacramentum, ex defectu signi sensibili; sed ex defectu consensu ab solutum, qui non minus essentialiter requiritur ad substantiam Sacramenti, quam significatio sensibilis; hic autem consensus adveniente conditione ponitur, & cum iam pro tali statu significatus esset sensibiliter per verba præterita, perficitur Sacramentum, ad quod sufficit signum sensibile, significans consensum pro tali statu, licet status ipse non sit sensibilis.

Dixi autem; *Nihil sensibile formaliter novum addi, adventente conditione internâ, advenit enim aliquid sensibile novum saltem virtuale; quia per negationem revocationis, & adventum conditions (etiam si hæc sit insensibilis) ponuntur virtualiter verba præterita ab soluti, & sine conditione experientia consentient pœsentem, quæ verba virtualiter nunc existentes conficiunt sufficienter contractum, & per consequens Sacramentum Matrimonii. Huc usque Lugo.*

Qui consequenter diceret cum Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 5. non esse opus, ut contrahentes sciant conditionem jam exitisse, ut Matrimonium, impletâ conditione, purificetur; sed eo ipso quod conditio evenit, purum manere; sicut qui contrahit per Procuratorem, eo ipso, quod procurator consentit, firmum manet Matrimonium, quamvis contrahens id ignorat. Hanc inquam, tentantiam puto quod amplectetur Eminentissimus: nam si sufficiat impletio conditionis insensibilis, cur non eriam impletio conditionis sensibilis, contrahentibus ignora? Unde sic ait hic Author sup. n. 390. Non est necessarium ad valorem Sacramenti, quod conditio, sub qua sit, & eius veritas, sensibiliter percipiatur, que adeò si Matrimonium fieri potest sub conditione de futuro, eodem modo satendum erit, esse validum, licet conditio, quæ postea verè impletur, non sit sensibilis.

Sed hæc sententia (inquit Coninck hic disp. 29. n. 6.) mihi videtur difficultas. Nam, ut ostendi disp. 21. n. 22. & 26. & pulchre docet P. Sanchez lib. 1. disp. 18. n. 2. ad valorem tam sponsalium, quam Matrimonii, essentialiter requiruntur aliqua signa externa, per quæ contrahentes sibi mutuo præsentem consensum sive in Matrimonium, sive in sponsalia determinatè significant. Unde per signa, quæ, omnibus circumstantiis spectatis, parti æqualiter possunt significare dissensum ac consensum, vel tam consensum de futuro, quam de præterito, non potest contrahi Matrimonium, ut docet Sanchez

sup. n. 25. atqui qui dicit: *Contraho tecum, si pater tuus tale officium in aula obtinuit, si utrumque omnino ignoratum sit, an pater hoc obtinuerit, nec ne, non magis significat parti, se in eam consentire, quam dissentire; sed solùm sub disjunctione le consentire, si conditio sit posita, ac dissentire, si non sit posita. Unde rā pars, quam omnes alii præfentes, quamdiu veritas conditionis ignota est, ex illis verbis non magis colligunt eum consentire, quam dissentire; ergo hæc verba sunt tamdiu inefficacia, ad constitendum Matrimonium.*

*Confirmatur 1. quia si quis ita contraheret: Ego te accipio, vel non accipio in uxorem;*

*Confirmatur 2. certum est nihil acturum: acqui*

*ta.*

*Secundū,*

*Confirmatur 2. quia alias, si quis contraheret his verbis: Accipio te in meam, si Deus jam videt fratrem tuum ante te sine habeat mori rūrum; sequeretur, potius veritate conditionis, Matrimonium statim fore ratum, si contrahentes id intenderent: atque ita, si alterutrum antequam veritatem cognosceret, cum alia contraheret, in vanâde hoc facturum, quæ videntur absurdâ. Quare credo verius esse, rales contractus non esse perfectos, antequam partibus constet veritas conditionis requiritur. Quia verba tunc primum habent vim, us de terminatè significandi ab solutum consen sum. Hæc ille.*

Ad argumentum in oppositum suprà ex Sanchio: Respondeo, inquit, esse aliam rationem in contrahentibus per Procuratores. Nam hi ab solutè in Matrimonium contentiunt, idque exteriùs solutè ac determinatè sibi mutuo exprimunt. Et sicut ipsi per alios suum consensum exprimunt, ita per alios, mutuos consensus acceperant, quare etiam sufficit, ut per alios illam expreffionem intelligent. Secus est in nostro casu, quia sicut per se immediate contrahunt, ita debent sibi immediate mutuos consensus determinatè significare: quod non fit, antequam sciant conditionem esse impletam. Ita Coninck.

Nihilominus magis placet nobis sententia Sanchez & Aliorum, quos citat, & sequitur Averfa hic q. 5. sect. 1. §. *Faten va probatur dum tamen*, dicens, eam haberi ex jure generaliter loquendo de contractibus: decidiatur enim (inquit) statim valere contractus initos sub conditione de præsenzi, vel præterito, quando talis conditio reverâ adest, et iam nota non sit. Ita habetur in Inst. tit. de Verb. oblig. §. 7. *Conditiones que ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim informant obligationem, aut omnino non dif.*

538 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii,  
differunt: veluti: Si Titius Conful fuit, vel:  
Si Maxius vivit, dare spondes? Nam si ea ita  
non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se  
habent, statim valet. Quae enim per rerum na-  
turam sunt certa, non morantur obligationem,  
licet apud nos incerta sint.

Et l. 37. de Idem statutum l. 37. ff. de Rebus creditis.  
Rebus cred.

Cum ad praesens tempus conditio confertur, stip-  
ulatio non suspenditur: et si conditio vera sit, stip-  
ulatio tenet, quamvis tenere contrahentes condi-  
tionem ignorentur. veluti: Si Rex Parthorum vi-  
vit, centum milia dare spondes? Eadem sunt,  
& cum in praeteritum conditio confertur. In qua  
generali regula contractuum includitur etiam  
contractus conjugalis; quia in hoc eadem  
est ratio, & ubi jus non distinguit, nec  
nos distinguere debemus.

108. Et quidem, si in aliquo casu debet valere  
Consent. consensus, praestitus sub conditione, in hoc  
cau. casu maximè debet. Nam alioqui, si tunc  
nora sit conditio contrahentibus, revera con-  
sensus in mente erit ab solutus, & solùm in  
verbis apponetur conditio: utpote si con-  
trahens dicat: Accipio te in meam, si pater tuus  
vivat, & tunc videat illum praesentem & vi-  
ventem: ergo non aliter potest intelligi con-  
sensus vere conditionatus, nisi dum ignota  
est veritas conditionis. Hæc ille.

109. Prorsus non potest intelligi: sed quid inde?  
Resp. Co- Quippe non queritur hic, an possit intelligi  
minck ad il- conditionatus, dum ignota est veritas condi-  
lajura. tionis, neque hoc negat Coninck; sed utrum  
ex conditionato possit fieri absolutus, prius  
quam contrahentes noverint, conditionem  
esse positam.

Et vero ad jura jam allegata, Respondit  
Coninck sup. n. 7. illa non dicere, antequam  
conditio sciatur posita, contractum esse omni-  
nino perfectum secundum se; hoc enim (in-  
quir ille) ut ostendi, non est verum; sed eum  
jam esse perfectè posatum in causis; quia ex  
cau. jam posita sunt, ex quibus necessariò  
sequatur. Unde etiam inter contrahentes  
necessaria obligatio contracta est, cum nul-  
lo modo possint consensum revocare. Secùs  
est in Matrimonio, in quo ante condi-  
tionem posita, ac cognitam, uterque validè  
consensum revocat. Hæc ille.

110. Sed contra; hoc est quod queritur, an ante  
Resp. Co- conditionem cognitam, uterque validè con-  
minck ad il- sensum revocet, & nos contendimus, utrum-  
lajura. que in invalidè revocare, dummodo ante revo-  
cationem, à parte rei conditio fuerit posita.

Quod ulterius probat Averfa suprà, ex  
natura ipsius conjugi: Quia, inquit, ad ejus  
valorem sufficit ex hac parte verus & fir-  
mus consensus, sive vera & firma intentio,  
cum externa expressione: sed in tali casu  
contrahens haber veram & firmam intentio-  
nem contrahendi, ut supponimus, alligatam  
tamen sub certa conditione, si adsit, & vero

intendit tunc contrahere; & hanc intentionem  
exprimit: ergo stante tali conditione  
verè tunc perficit contractum, quamvis  
huc ignotum illi erit, num talis contractus  
valeat, aut non valeat, donec veritatem condi-  
tionis ediscat. Sed interim non ponit, ut  
lidè illum consensum retractare, aut con-  
sum rescidere, aut novum inire compo-  
gnum. Idem etiam patet ex ratione sem-  
mentinam qui intendit confidere quodcumque  
aliud Sacramentum sub certa conditione  
de presenti, vel praesertim, quamvis nota  
verè conficit Sacramentum, nonnulla  
verificetur illa conditione: ergo idem prae-  
dictus Author.

Et per hæc (prosequitur) latissime aliud  
damentum partis oppositus: quod substatu-  
cedit, quando conditione illa extenuatur  
primitur, & solùm in mente compo-  
gitum. Sed dum exercitus exprimit, verbis  
hens determinat exprimit suam inten-  
tionem, sub illa tamen conditione. Etiam si  
habet indifferenter ad conditionem, sed  
sum; sed determinat consensum, si illa  
conditione, differt. sum si non ad conditionem  
determinatè percipit auctor. Sed ut  
idem, qui diceret: Vel te accipio ipso, ne  
utrum, neutram partem determinat, que-  
ret: & in omni re longè alius has est  
positionis disjunctivæ, argue condicione  
ille autem, qui diceret: Accipio  
prævidit fratrem tibi præmoritur,  
ponam conditionem de praesertim  
ti quoad divinam præscientiam, ut  
conditio habet tam intrinsecum, tam  
ne cum eventu futuro, & in divinitate  
ab humano commercio, ut Matrimonium  
sub illa initum, non aliter, non  
quam dependenter ab ipso eventu.  
Hæc tamen Averfa pro sua & nostra  
opinione. An efficaciter, & per omniam besti-  
tentum, relinquo iudicio Lectio.

Possit aliquis dicere, ego temere  
monium sub illa conditione: si dona  
vidit &c. valere, ante eventum mortis  
revera prævidit mortem eventum, &  
obstet particularis intentio contrahendi  
id est, nisi ipsi contrahentes volunt  
pendere suum consensum, ad eventum  
tis, alioquin ipsa verba per le calami-  
tionem non significant; quia tamen un-  
eventum mortis, nisi per speciales indica-  
tionem, non potest confare de illa  
entia Dei, & per consequens, tale Matri-  
monium coram hominibus prorsus efficiens  
hinc dici possit, taliter contrahens, non  
suspendere suum consensum ad eventum  
mortis.

Interim seclusa illa intentione, talis  
matrimonium statim videtur esse validum.

posito quod Deus illam mortem præviderit. Sicuti statim valet Baptismus sub simili conditione collatus, v.g. *Baptizo te, si es prædestinatus &c. vel, Si Deus sciat te hoc anno victum.* Et idem est de Absolutione Sacramentali sub hac conditione: *Si Deus sciat quod eras refutus.* Ergo idem videtur dicendum de Matrimonio.

Respondet Conineck sup. negando Consequentialiam: quia, inquit, ut quis validè absolvatur (& baptizer) fôli Deo debet determinare significare suam intentionem, quod in eo causa sufficiens sit. Sic ille.

Replicat alter: etiam in Matrimonio coniuges sibi mutuo fatis determinate significant suam intentionem, non solum, quando apponitur conditio de præsenti aut præterito, sed etiam pari ratione, quando apponitur conditio de futuro, ut patet ex jam dictis.

Neque tale Matrimonium omnino erit inutilis, cum enim coram Deo re ipsâ sit validum, si conditio subficit, & per consequentem verum Sacramentum, causabit in subiecto ritè disposito gratiam sanctificantem ex opero operato; licet semper dubium & inutile maneat apud homines: prout in simili dixit Jure-consultus in leg. *Duo sunt Titii, ff. de Telfam tutela, quando datus est Titius tutor, & non potest taceri, uter ex duobus Titii datus sit, actum quidem validum fuisse, sed inutili menon quia deficit jus, sed probatio juris.* Quod etiam observavit Gloss. in Leg. *Si quis Jerum, 8. §. Si in duos, ff. de Legatis, 2. Ille ergo, de quo loquebatur testator, vere erat tutor, licet id scribi vel probari non posset.*

Similiter ergo, conditione illâ positâ, Matrimonium reverâ validum erit; sed inutile ad actum conjugalem, & similes effectus, propter impossibilitatem sciendi conditionem. Quare sicuti collato Baptismo sub hac conditione: *Si fideras in paria, Baptismus apud homines maneret dubius, & idem, sub conditione saltem rependens effecta Matrimonio contracto sub simili conditione futura, Matrimonii valor maneret dubius;* & ita consilendum esset, ut absoluit contrahentes, nisi forte ita vellent manere ligati, & inhabiles ad aliud Matrimonium contrahendum, propter dubium de valore prioris Matrimonii.

Itaque, ut ad alias difficultates progrediamur, persito in Conclusione principali, & iterum dico: si pendente conditione, five sensibili, five insensibili, alia absolutè ducatur, primum Matrimonium est invalidum, & si postea conditio impleatur, secundum autem validum; non solum propter communem DD. auctoritatem, sed etiam sequendo rationem, quidquid De Scildere in contrarium suprà doceat, cuius rationi, ut puto, satisficiamus. Porro ex hac veritate sequitur aliud collarium, quod sic sonat:

## CONCLUSIO IV.

Si quis contrahat conditionate cum duabus simul, valet illud Matrimonium, cujus conditio primo impletur: quod si conditio simul ponantur, neutrum erit validum.

**P**rima pars hujus Conclusi manifeste infertur ex veritate præcedentis Conclusionis; siquidem illud Matrimonium, cujus conditio primo impletur, jam sic est, ac si absolute & purè fuissest initum; jam autem ut habet præcedens Conclus. secundum Matrimonium purè & absolutè initum valet, non obstante priori Matrimonio conditionato.

Atque hæc est communis sententia eorum, qui nobiscum sentiunt, Matrimonium conditionatum non tantum habere vim sponsalium, sed obligare in ratione Matrimonii, quamvis imperfecti, & adhuc pendentis ab eventu conditionis, & revocationis unius aut utriusque partis. At vero in sententia De Scildere, qui existimat, primum Matrimonium conditionatum esse irrevocabile, liquet profecto, expectandam esse impletionem conditionis prioris Matrimonii, quâ positâ, illud validum erit, tametsi conditio posterioris Matrimonii prius fuissest impleta; quia secundum Matrimonium prorsus fuit invalidum, pro illo tempore, quo adhuc pendebat conditio primi, intantum, ut tametsi cum secunda absolutè contraxisseret, minimè id Matrimonium valueret.

Sed quid dicendum in sententia Pontii & Aliorum, qui docent, Matrimonium conditionatum tantum habere vim sponsalium? Respondet Petrus Ledesma de Matrim. q. 47. art. 5. dub. 1. quod movet post 7. principale, Conclus. 1. & 2. five simul, five prius impleatur conditio secundi contractus, primum contractus manere validum, & obligare in ratione sponsalium. Et probat: quia sponsalia priora non dissolvuntur per posteriora; sed, non obstantibus postea, firma manent.

Hæc sententia displicer Sanchio lib. 5. 118. disp. 8. n. 18. ubi sic ait: Sed dicendum est, in Dupliciter Sanchio, & quare. neutrâ casu manere validum primum contractum sponsalium; quare ex illo minimè oriretur publicæ honestatis iustitia. Ratio est; quia primus contractus sponsalium cum fuerit conditionalis, fuit imperfectus, donec impletetur conditio, per cuius impletionem perficiendus erat, si contrahens non mutasset voluntatem; at mutavit in utroque eventu. Nam si simul impletur conditio, voluntas

Y y 2 est

540 est incerta, cum æquè sit cum duabus, & sic ratione incertitudinis viciatur; si autem prius impletur conditio secundi contractus, perinde est, ac si secundus purè fuisse initus, & sic manifesta esset revocatio prioris voluntatis. Fateor tamen, in eventu, quo prius impletur conditio secundi, teneri ad expectandum eventum conditionis primi contractus, & cùm eveniente teneri ad illum; & similiter, quando simul utraque conditio evenerit, teneri ad priorem contractum, non in ratione sponsalium, quia quando erant perficienda, erat mutata voluntas, sed ratione promissionis, cui non potuit derogare per secundam promissionem. Ita Sanchez.

119. *Contra sententiam Sanchez arguit Dicastillo*  
hic disp. 5. n. 115. difficultate non caret; nam si sponsalia nihil aliud sunt, quam nuptiarum futurarum promissio; inquiri, illa promissio, ratione cuius docet Sanchez, manere obligatum, cuius rei est promissio? Neque enim appetit res alia, cuius promissio sit: nisi futurarum nuptiarum; ergo manet obligatus ratione promissionis nuptiarum.

120. *Impugnatur primo.*  
Responso.  
Quod si dicas manet obligatum ex parte sua, foemina vero, cui primò promisit, non manet obligata; quia nimur sufficientem habet causam resiliendi eo ipso, quod viderit sponsum alteri promisisse, & impletam esse conditionem promissionis alterius; haec responso non satisfacit.

Primo, quia si manet obligatio sponsalitiae secundi contractus, cuius conditio prius impleta est, atque adeò ille contractus fuit factus absolutus purus & perfectus, non potest subsistere obligatio primi, etiam in ratione promissionis; neque enim subsistere potest obligatio tradendi rem uni cum obligatione tradendi eandem alteri, quando res nequit utrique tradi.

Secundo; quia si adhuc manet obligatio ex parte viri promittentis, vel foemina resiliet, vel non; si resiliet, cessat obligatio, etiam ex parte viri; si non resiliet, eo ipso, quod ostendit suam non resilientiam, ostendit voluntatem, quam habet, sive exspectandi conditionis eventum, sive (si jam evenit conditio sui contractus) perseverandi in voluntate & fide à se data incedunt Matrimonium cum praedito. Ex quo fit, ut obligatio ex parte illius etiam resulset aut confirmetur.

Unde difficile est, quomodo in ratione promissionis maneat obligatio ex parte viri, purificato jam & perfecto secundo contractu, propter prius impletam conditionem, vel utroque annullato ratione incertitudinis, propter utriusque conditionem simul impletam. Hactenus Dicastillo.

Et verò proper hanc difficultatem Pontius lib. 3. cap. 13. n. 21. tenet sententiam Ledelma, scilicet in hoc casu fiduciam esse, secundum jus naturale, prout promissio. Ratio, inquit, quæ memorem hæc est. Quia una obligatio pura, non potest rescidere aliam puram, quando unterscribitur ex sola promissione. At contra prioris conditionalis habet purum obligatum, non expectandi eventum conditionis, et enim, cum quo prior contractus celebratur, est, jus acquisivit contra alterum, ut etiam etaret exitum conditionis, quod contineatur Thomas Sanchez numero citram. Quod si verum est, non potuit esse res non valere primum contractum.

Neque sufficiens evasio est, quod dic non valere in ratione sponsalium, sed tantum in ratione promissionis, coquincesserit à contractu sponsalitiae. Secundum est, si sponsalia, unius tantum, non dissolvantur, quod tamen fieri possunt ergo validus prior contractus conditionalis in ratione sponsalium, quod est principio. Hæc ille.

Et plures Alii hanc doctrinam approbat, quos vide apud Dicastillo, hoc in ubi & ipse eam sequitur, & probat quod prior contractus prævalit, & obigatione promissionis tantum excludatur, enim forte intelligit Sanchez per hoc est obligare tantum in ratione prædictam prævaleat in ratione contractus sponsalitiae ex justitia; quia per ipsam contractum sponsalitium contractus sponsalitiae sub conditione, quæcumque nequit auferre ille, ut resiliatur quævis per posteriorem conditionem, impletam conditionem, revocet voluntatem incompossibilitatem hujus partis, cum prior nondim ab soluto a conditione fieri nec ius justitiae collatum cum sponsalito absoluvo, & ab altero contractu, potest alio contractu nullum esse, quia contractus sponsalitiae, unius tantum voluntate non dissolvitur. Quare contra contractu sponsalitiae, impletam conditionem, oritur quantum publicæ honestatis. Haec.

Sed contraria, dicit aliquis: hoc non queritur; quare contractus sponsalitiae conditionalis, adeoque adhuc impletam, ante eventum conditionis non efficitur unius tantum voluntate, quæcumque dissolvitur contractus matrimonialis, conditionis propter suam imperfectionem. Quæ enim ratio disparitatis? Nam item potest revocationem non perseverare, inter consensus matrimonialis, & id est eventum conditionis non potest permanescere, sicutidem post revocationem non potest

rat moraliter consensu sponsalitius, ac proinde per adventum conditionis nequit purificari.

Respondent Aliqui: contractus conditionalis sponsalitius causat duplē obligatiōnē; unam absolutam & independentem ab omni conditione; scilicet, expectandi conditionis eventum; nam eo ipso, quod quis promittit, tenetur non se (ut sic dicā) impossibiliter seu impotenter reddere ad promissionem implendam, pro eo tempore, aut occasione, pro qua promisit; ergo tenetur non se implicare eo statu, quo repugnet promissionem impleri; ergo qui conditionaliter promisit Matrimonium, tenetur non inire aliud, quo initio impotens fiat ad implendam promissionem eveniente conditione.

Altera obligatio est, quā quis tenetur impletā conditione postea implere, quod fuit sub conditione promissum; atque hæc obligatio, quāvis ante impletam conditionem non existat in se, exsistit tamen aliqua ratione in causa jam sui posita; nam ille consensus prius sub conditione præstitus, & statim causans obligationem expectandi eventum conditionis, semel in re exhibitus ritè & validè, quantumvis postea retractetur, tantè virtutis est, ut, si non fuerit legitimè ex iusta causa retractatus, impletā conditione inducat obligationem absolutam, propter ius iustitiae, quod jam ab initio coepit causare in altero sposo; quo iure non potest spoliari per solam & meram voluntatem promittentis, retractantis voluntatem prioris; sed expectandus est eventus conditionis, ut inde resulteret plena obligatio, quam talis contractus causatus est posita conditione.

Unde quāvis consensus ille in se ipso non maneat, utpote retractatus per alium consensum, postea datum alteri in secundis sponsalibus; manet tamen in obligatione, quam jam incepit causare, dependentem à conditione, ita ut moraliter censetur causa dependenter à conditionis eventu, quo posito, non possit non resultare talis obligatio absoluta, independens jam à consensu prius legitimè præstito sub conditione, ita ut, nisi per adventum alterius potentioris cause, non possit non resultare illa obligatio; non censetur autem potentior causa solus contractus sponsalitius posterior superveniens, sive conditionalis fuerit, impletā prius suā conditione, sive etiam ab initio absolutus, quia obligatio iustitiae tum absoluta expectandi conditionem, tum conditionata, pendens à conditione futura, quam causavit prior contractus, quantumvis conditionatus, non potest tolli per aliam similem posteriorem, nec purificatio conditio-

nis posterioris, facit illam potentiorē precedenti contradū.

Contra, replicat quispiam: idem ego diccam de Matrimonio conditionato; nam & illud duplē causat obligationem; unam ab solutam expectandi eventum conditionis; alteram, quā quis tenetur, impletā conditione, Matrimonium consummare; & tamen, si consensum, præstitum sub conditione, altera pars revocet, impletā conditione, sine novo consensu non potest Matrimonium consummare; imo neque de novo potest contrahere, si aliud Matrimonium absolute contraxerit. Quæ ergo disparitas?

Respondet: eam petendam esse ex natura contractus, ut ostendimus Conclus. præcedenti. Videntur ibi dicta. Contractus Matrimonialis conditionatus (inquit Dicast. sup. n. 202.) posterior, si ejus conditionis prius impleatur, transit in absolutum, Dicastillo.

& prævaleat præcedenti, adhuc conditionato; quia minimus contractus Matrimonii absolutus, qualis jam ille censetur, est posterior contractu Matrimoniali conditionato, quia contractus Matrimonialis absolutus involvit mutuan traditionem, & causat ius in re; cum tamen contractus Matrimonialis conditionatus solum causeret ius ad rem, causatus alioquin ius in re, adveniente conditione, si non adsit impedimentum pro eo tempore.

Unde mirum non est, quod contractus ille Matrimonialis absolutus, quāvis sit secundus, prævaleat contra primum, quod in aliis etiam contractibus usu venit. Nam si quis v. g. tibi vendat sub conditione rem aliquam, & postea vendat alteri absolute, vel etiam sub conditione, ita ut posterior contractus prius conditione impleatur, valebit hic posterior contractus, propter acquisitionem ius in re, idque verum est, quando simul sequitur rei traditio. In contractu vero sponsalitio conditionali posteriori (imo & in absoluto etiam contractu) non transferunt ius in re, neque intervenit traditio; sed tota obligatio, quam causare potest, continetur intra terminos juris ad rem.

Unde mirum non est, quod posterior contractus, quāvis prius purificetur ejus conditionis, vel (si velis) à principio fuerit absolutus ab omni conditione, nullo modo tollat obligationem prioris contractus, adhuc conditionati; quia neutrius contractus ius, & vis transferendi ius, est ius in re, aut vis transferendi ius in re; sed tantum est ius ad rem, & vis transferendi ius ad rem, atque in hoc prior præoccupavit locum. Hancen Dicast.

Itaque disparitas est inter duos contractus

Y y 3

ctus

126.  
Matr. conditionatum duplē causat obligationem.

127.  
Disparitas inter Matr. conditionatum & (pon) salia.

128.  
Explicatur doctrina in aliis contractibus.

542 &ius Matrimonii conditionatos, & duos contractus sponsalitios, quod illud Matrimonium valeat, cuius conditio primò impletur, ut habet nostra Conclus. valeat autem primus contractus sponsalitius, tametsi posterioris conditio ejus impleatur.

**129.** Sed quid dicendum, quando non sat's potest discerni, utrius Matrimonii conditio prius fuerit impleta? Respondeo: à parte rei illud Matrimonium valere, cuius conditio à parte rei primò fuit impleta. Suppono, per secundum Matrimonium conditionatum nonnullis recedere a priori contentu conditionato circa primum; sed voluisse illud perficere cuius conditio prius adveniret. Alioquin non perficeretur primum, sine novo confessu, ut patet ex ante dictis. Quantum ad proxim, ad neutrum potest accedere, quia se exponit periculo fornicationis & iustitiae, & nulla in tali casu possessio suffragatur alterius sceminarum. Quid ergo remedii?

**130.** Respondeo Dicastillo sup. n. 96. in eo causa esse sufficientem causam, ut Pontifex dissolva Matrimonium rurum (utrumlibet illorum rale fuerit) idque maximè, quando sine culpa sceminarum factum fuerit, vel saltem sine culpa unius, quæ omnino ignorata fuit talis complexionis conditionum & consensuum, ne scilicet innocens cogatur cælibem vitam eligere, quia nimur, neque uti potest eo Matrimonio dubio, neque ad aliud transire. Cogere autem predictum ad emitendam Professionem religiosam, quāvis dignus esset, qui ad multò duriora cogeretur, non videtur expediens, ad talem statum invitum compellere, & forte, juxta varias sententias, Professione non valeret; atque adeò non dissolvetur Matrimonium dubium, & frustaretur finis intentus; satius quidem esset eum capite plectere, dignum scilicet tali pœnâ, quia in re tam gravi inextricabilem nodum ausus est necesse. Sed quia hoc neque facile posset fieri, neque expediret, idè consultius puto, quod dicebam, Pontificiam dispensationem seu portius dissolutionem vinculi interponere. Hæc ille.

**131.**  
Iudicium  
Auctoritatis

Sed, salvo meliori, juxta varias sententias, forte non valeret illa dispensatio, ut suo loco videbimus; & secundum communem sententiam, Professione valeret. Deinde si potest, ut ille, qui sic contraxit cum duabus, bonâ fide existimaverit, unam conditionem certò ante aliam impletandam, eamque præcedentiam manifestè cognoscendam; prorsus autem fortunâ evenerit, quod jam ignoratur; quo putas jure talis capite plecteretur, aut alia simili pœnâ afficeretur, qui in illa re inextricabilem nodum minimè ausus est necesse, cum præter ejus intentionem, ut suppono, id acciderit? Interim judico, eam causam fore sufficientem pro dispensatione Pon-

tificia, quæ, juxta probabile Multorum sententiam, valet, ut suo loco latius explicabimus.

Sed quid si Matrimonium cum una, & etiam cum utraque consummaverit? Sic cum utraque, oportet utramque cum ipso casu, bém vitam ducere; cum Pontifex, secundum Omnes, nequeat dissolvere Matrimonium consummatum, aut declarare neutrum Matrimonium fuisse validum, vel saltem quod ex illis fuerit validum; adeòque neutrum poterit circa periculum fornicationis sive adulterii cum tali viro copulari, neque aucto Matrimonium inire. Si autem cum una sola consummaverit, solum illa, quæ non sit cognita, poterit liberè statum Religione aslumere, quia nec consummari, neque quam tenebatur consummare, saltem ad vivente.

Quid si profiteatur, statim poterit ratione altera manente in seculo, unde absolute contrahere & cohabitare, que forte verum fuit Matrimonium rurum ea, quæ jam professa est, per Professionem fuit dissolutum.

Immo non tenebitur de novo contrahere nisi forte revocasset priorem conditionem, plor enim conditio certò impletata, si supponatur, jam nihil obstat, quod minus validum Matrimonium per illam impletationem debet purificatum; sicut si cum fecerit solute contraxisset, hoc ipso, quod fuit Matrimonium, declararet invalesum valerer, supposito eventu omni.

Atque hæc sufficent ut ipso conclusus, nisi eam negaret Averrhoës §. 2. ubi §. Sylvester, sicut: idemque duplicem simul contractum complectit uno viro ita æqualiter in suo rigore prenere, ut tam unus quam alter, ex regnali prioris consensu perfici possit, ab aliis quod unus contractus alterum impedit, enim ille haberet simul duas uxores in conditione, ut illam pollea absolute habet, ius conditio prius impletatur. Et quod si quis de duabus, possit extendi ad plures, si quis cum pluribus eodem modo sub conditione contrahat. Hæc ille.

Et aliquibus interjectis, §. de concubitis, scribit in hac verba: si contractum conditionate cum secunda) simul immixtum permanere etiam in primo confeatu & contractu, ita ut velit quantum in se est in unius persistere, sive expresse velit illam habere uxorem, cuius conditio prius impletatur, tunc sane videtur neuter contractus valere, qualitercumque conditions impletantur. Etenim, ut dicebanus, difficile apparet, mul stare duos hujusmodi contractus conjugales per verba de presenti. Sicut eam non potest quis simul ducere aut habere plures.

uxores, ita non potest simul perficere in duplice conjugali contractu, quāvis conditionato. Sed neuter valebit, dum non determinat simpliciter, quam quis velit uxorem. Et sicut omnino fatendum erat, neutrūm contractum perfici, dum simul utriusque conditio impleatur; ita neuter manebit in statu quo perfici posset, dum quis simul in utroque perficere velit. Et sicut si quis ab initio diceret, se simul contrahere cum duabus sub tali & tali conditione, aut expressè diceret, se illam ē duabus accipere, cuius conditio antea implebitur, cum neutra confundens esset validē contrahere: ita pariter dum successivē quidem celebrat contractus, intendens simul illos in suo robore conservare. Hucusque Aversa.

<sup>134.</sup> Ego autem dico; sicut si quis ab initio dicere, te simul contrahere cum duabus, aut pluribus, sub tali & tali conditione, aut expressè diceret, se illam ē duabus aut pluribus accipere, cuius conditio antea impletatur, cum duabus aut pluribus confundens esset validē contrahere; ita pariter, dum successivē quidem celebrat contractus, intendens simul illos in suo robore conservare, donec unius conditio fuerit adimplita. Et consequenter assero, illum simul habere duas aut plures uxores sub conditione; hoc autem esse inconveniens seu absurdum, unde probatur? Expectabo probationem.

Interim prodigior ad secundam partem Conclus. & quārō; quid dicendum, quando conditio utriusque Matrimonii simul physicē & mathematicē ad punctum temporis impletur? Respondet Conclus. neutrum esse validum.

Notandum autem, quod loquatur de duobus Matrimonii simul contractis, quāquam & vera sit, licet non tam certa, intellecta de Matrimonio diverso tempore contractis, in quibus aliqui censem, prævalere prius Matrimonium, quando conditio utriusque simul impletur; quia, inquit, potior est conditio prioris, nec posterius potuit prior prejudicare, Reg. 54. de Reg. Juris in 6. *Qui prior est tempore, potior est iure.* Item, quia primum vinculum excludit secundum sibi contrarium, c. *Intellecto*, &c. *Eate*, de Jurejurando. Sic Tabiena verb. *Matrimonium*, 2. q. II. n. 12.

Respondet Sanchez sup. n. 19. utrumque procedere, quando non esset in potestate gerentis posteriorum actum, tollere priorēm; nam si esset in potestate per posteriorēm actum revocare priorem, revocaret utique. At dum Matrimonium prius est conditionale, neque impleta est conditio potest contrahens validē revocare, quāvis pectet; censetur autem revocare, quando vel prius impleta est conditio secundi Matri-

monii, quia tunc manet secundum purum, & incompatible cum priori. Vel quando utraque conditio simul impletur ratione incertitudinis, cum deberet esse Matrimonium cum utraque. Haec ille.

Et Henr. Canif. in predictam Regulam, postquam dixit, eam pertinere, tum ad collationes beneficiorum Ecclesiasticorum; ut si cui beneficii collatio prior facta est, posterior præferatur, c. *Ei cui* 7. & c. *Postquam* 13. & c. *Si tibi absenti*, 17. de Præb. in 6. tum ad collegia, ut quo tempore quis ad collegium receptus est, eo ordine confideat, & sententiam dicat, c. 1. extra de Majorit. & obed. 1. 1. ff. de Albo scrib. tum ad hypothecas & pignora, ut & in his semper ejus causa potior sit, qui tempore antecepit, 1. *Prior*, ff. *Qui* potior in pign. continuo subdit.

Horum omnium ratio est, quod jus quā-  
satum alteri invito auferri non possit, l. *Id* <sup>137.</sup> *Quare ille*  
*quod nostrum*, & l. *Non debet*, ff. de Reg. *qui prior est*  
tempore, sit  
juri. Ubi verò nullum jus alteri quāsatum  
est, nihil impedit posteriorem priori præ-  
ferri in jure adquirendo; veluti in re duobus  
separatis vendita vel donata; is enim cui  
possessio prior tradita est, alteri, licet in  
contrahendo priori, præfertur, præterea,  
quod ex traditione posterior rei dominium  
jam nactus sit. l. *Quoties*. 15. Cod. de Rei  
vind. Sic & creditor posterior, cui pignori  
res obligata est, antefertur omnibus per-  
sonalibus creditoribus, etiam prioribus, pro-  
pter jus in re sibi constitutum à debitore, l.  
Eos, 9. Cod. *Qui* potior in pig. Ita præfa-  
tus Autor.

Ergo consimiliter in casu proposito præ-  
ferri debet secunda foemina, eo quod per  
eventum conditionis jam nacta sit domi-  
nium rei, id est, corporis viri, quod prima  
nondum nacta fuerat, defactu adimpletio-  
nis conditionis. Dum autem simul impletur  
conditio, perinde est, ac si simul abso-  
lutè contraheretur cum duabus; sicut ergo  
in posteriore casu neutrum valet, quia im-  
possible quodammodo est, ut idem corpus  
duabus in solidum simul tradatur; ita nec  
in priori, propter eandem repugnantiam seu  
impossibilitatem.

Et ecce fundamentum nostræ Conclu-  
sionis, quam docet Sanchez sup. n. 15. cum  
aliis, quos citat, dicens: verius est, neutrum  
Matrimonium valere; quia incertitudo vi-  
tia Matrimonium, c. *Ex litteris*, 2. de Spon-  
saf. ubi hoc communiter notant DD. &  
pater etiam ex Reg. 148. alias 188. ff. de  
Reg. juris. ibi: *Ubi pugnantia inter se in testa-  
mento juberentur, neutrum ratum est.* Sed hoc  
Matrimonium incertum est; quia cum con-  
ditio trahat consensum ad tempus impletæ  
conditionis, quæ simul impletur, perinde  
est,

Canifus.

SCO  
VIIIS

*Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.*

544 est, ac si eodem tempore simul cum duabus contraheretur Matrimonium. Hæc ille.

139. *Ostenditur d.c. 10 nihil facere ad propositum. Lugo.*

Sed, ut verum fatear, & ut bene notavimus Lugo suprà n. 396. ex dicto capi. *Ex litteris,* 2. nihil ad rem haberi potest, si verba secundum se considerentur. Referam tantum Summarium illius cap. *Qui juravit cum aliqua contrahere si non subest impedimentum, per censoriam Ecclesiasticam contrahere compellitur.*

C. 7. de Sponsali.

Sed neque Ex cap. *Ex litteris,* 1. eod. cuius casus magis ad rem accederet potuerit, aliquid potest probari. Hæc sunt ejus verba: *Ex litteris:* Et infra. *De hoc autem quod consulnisti, quid debeat observari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respondemus, quod inspiciendum est iudicii, si Matrimonium contrahetur, ad id faciendum sint idonei scientia & ætate, quo cognito, si alter non intellexerit, quod alter proponuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur uterque verba prolatæ in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentibus generare.*

140. *Explicatur d. l. 148.*

Quantum ad Reg. juris, illam sic explicat Gloffa: *Fecit quis duo testamenta, & utrumque fuit originale, foris quia unum volebat secum ferre, & aliud domini relinquere: & in uno inveniatur Titio relicta domus, in alio inveniatur eadem domus relicta Maxio, neutrum valet: ut hic secundum Bu. & Azo. & Cod. de Fide infra. I. Scripturæ. Hæc positio non placet, quia hic de una scriptura dicit. Item eadem ratione non valet si dicas, quod inveniuntur duo testamenta, in uno quorum Titius heres, in alio Maxius invenitur: nec appareat quod prius, & quod posterior sit factum. Item nec hoc valet, si dicas, quod dixit, Do, lego: & possea: Non do, non lego: quia tunc primum non potest impugnare, cum corrigatur a secundo dicto, ut sup. de Vulg. subdit. I. Si quis cum quem. Item nec valet, si ponas, quod legavit mihi fundum, & in eodem testamento usumfructum ejusdem fundi. Valet quidem, quia legatarius vult, ut sup. de Condit. infit. I. Si Titius: repugnantia enim impossibilia sunt. Hucusque Gloffa.*

141. *Fundamen- tum senen- tia Sanchez.*

Itaque Sanchez fundat suam & nostram sententiam in incertitudine, & repugnantia seu impossibilitate, quæ ex incertitudine oritur. Et vero hæc repugnantia maximè eluet in casu nostræ Conclusi: quando aliquis simul contrahit cum duabus; tunc enim nulla omnino appetit ratio, quare potius unum Matrimonium foret validum, quam aliud; & cum utrumque non possit esse validum, sequitur evidenter, neutrum esse validum. Sin autem diversis temporibus contraherit, cur illa, quæ prior est tempore, non sit etiam prior jure? Jam enim est sufficiens ratio, quare unum potius valeat quam aliud, scilicet prioritas unius contractus.

142. Sed hanc rationem minimè sufficere, jam

suprà ostendimus, & rursus declaratur hæc simili. Si duo velint eundem baptizari, ut uterque intendat tantum baptizari, quo alter non baptizet, non autem in modo alter baptizeret; tunc, qui pridie vivit, solus baptizat; si uterque simul, neque quia hoc casu intentionem suam intermixt, ponunt enim conditionem, ut quam impedit utramque intentionem esse efficacem, que simul efficiat, ut neutra praeter determinatè efficax; nec enim est ratio, ut hic præ altero baptizet, & consequenter efficiatur, ut utraque sit tantum in intentione efficax seu aboluta. Sic utrumque tantum in determinatè necessarius est ad dendum. Ad Sacramentum autem valorem, quoniam intentione determinatè efficax, neque juvat quidquam, quod onus in priori tempore habuerit illam intentionem, utrumque eius Baptismus sit validus, quoniam dico, qui posterior est tempore.

Ergo similiter in casu presenti, que secunda solùm conditione contrahere, adeoque absolutam suam intentionem rejeciat in eventum confundit, ut non velit absolute contrahere, nisi pro tempore, quo conditio eveniet, si conditio utriusque simul mathematicè impedit, non contrahit absolute; quia hoc conditione intentionem intermixt; ponunt enim conditionem, ob quam implicat, unam intentionem esse efficacem, & que simul ut neutra præ altera sit determinata, nec est enim ratio, cur hec prætertrahat, & consequenter efficiatur, ut sit tantum in determinatè efficacem, & non in intentione, ob quam implicat, unam intentionem esse efficacem, & que simul ut neutra præ altera sit determinata, cum tamen ad valorem hanc intentionem, ob quoniam intentionem determinatè, hanc prioritas temporis in priori tempore juvat ad valorem Baptismi; in posterioritate temporis in nostro casu quoniam valere potest ad valorem Matrimonii.

Sed neque posterioritas, quippe ut reclamet apud Sanchez sup. n. 12, dicere prævalere secundum Matrimonium, simul, sive posterius impletar ejus conditiones. Probat; quia ad hoc ut primum Matrimonium perficiatur adveniente conditione, requiritur, ut contrahens maneat in eam voluntate; at per posterius Matrimonium negat à priori voluntate, ut confitit in libro de Divortiis in fine ibi: *Primum coniugium sibi despondit aliam, vel definiens, ut Matrimonium alterius appetiri, creando nolle hanc nuptam. Ergo omnino maneat primo Matrimonium dissolutum, & sic valeret posterius.*

Responder Sanchez suprà n. 19, dicit, *quod si altero Minorem; quando posterior Matrimonium esset ab soluto, vel promissum, soluta contrahendi, recederetur à priori ratione.*

luntate: quia est incompatibile, absolutè contrahere Matrimonium, vel promittere contrahere, cum Matrimonio conditionali, cum alia inito. At quando utrumque Matrimonium est conditionale, cum utrumque sit imperfectum, & pendeat ex futuro conditionis eventu, non est incompatibilis hec voluntas, sed perficietur id Matrimonium, cujus conditio primò evenierit. Quare lex illa fin. manifestè loquitur de Matrimonio vel sponsalibus absolutis. Hæc ille. Nec habeo quod addam.

Ideò subjungo 2. argumentum. Numquam, inquit, fictio retrotrahitur in præjudicium actus, medio tempore gesti, l. Si indebitum, §. 1. & ibi, Bart. ff. Ratam rem haberi. Ergo fictio, quâ consensu trahitur ad tempus eventus conditionis, non debet retrahiri ad tempus primi Matrimonii in præjudicium secundi, medio tempore gesti; ergo valebit hoc secundum Matrimonium.

Respondeat Sanchez suprà: Antecedens esse verum, quando licitum esset partibus solâ voluntate recedere à priori actu, ut contingit in testamento, & in constitutio ne Procuratoris. Item, quando actus sunt in se incompatibilis; at à priori Matrimonio conditionali non licet ex mera voluntate recedere, & utrumque Matrimonium conditionale est compatibile. Hæc ille. Non licet, inquam, recedere, hoc est, illicitè receditur, quamvis validè; & quia non præsumitur peccatum, idè præsumitur non licuisse recedere à priori actu, sed voluisse contrahere absolutè cum illa, cujus conditio priùs impleretur.

Ex quo facile respondeatur ad 3. argu mentum Adversiorum, quod tale est: in his, quæ pendent à mera voluntate, Nam ultimo actui, ut in Procuratore, cap. Si quem, de Procur. in 6. & in testamento, §. Posterior. re. Inst. Quibus modis testa infirm, sed contracto priori Matrimonio conditionali, libe rum est ab eo recedere, saltem ut valeat secundum, quamvis recedens peccet; ergo &c.

Respondet, inquam, satis esse, ut non præsumatur recelisse, quod recedere non posse absque peccato & quod utrumque Matrimonium sit compatibile. Aliud certi ntit in Procuratore, & testamento, à quibus etiam sine peccato receditur. Igitur secundum Matrimonium non valer, si conditio prioris Matrimonii priùs impleta fuerit: sicut nec priùm valer, si conditio posterioris Matrimonii priùs evenierit.

Sed numquid locutus est optioni alterius Matrimonii? Sic Aliqui docent apud Sanchez sup. n. 14. & probant per legem: Viduæ, Cod. de Nuptiis: *Viduae intra quintum & vigesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias si-*

*ne patris sententia non convenient. Quod si in mans. ex. conventionis delectu, mulieris voluntas patris 18. Cod. de repugnat sententiae, & propinquorum: placet Nupt.*

admodum (ut in virginum conjugationibus sanctum est) habendo examini autoritatem quoque iudicaria cognitionis adjungi: ut, si pares sint genere ac moribus competitores, is potius existimat, quem sibi consulens mulier approbaverit. Ergo quando aliquis contraxit duplex Matrimonium conditionale, illud potius existimat, quod sibi consulens mulier au vir approbaverit.

Respondeat Sanchez sup. n. 19. textum Resp. Sanchez.

illum procedere, quando nullum est vinculum contractum, sed voluntas habet liberam electionem, & quando nulla est repugnatio in voluntate: in nostro casu non est voluntas libera, sed tenetur servare priorem contractum conditionalem, antequam eveniat conditio posterioris: si autem simul utraque conditio concurrat, est repugnatio in voluntate ratione incertitudinis. Hæc ille.

Addit autem Lugo suprà: si utrumque Matrimonium non simul, sed successivè contractum fuisset, sub eadem conditione, gono. v. g. Si navis hoc mense ex Asia venerit, præsumptionem esse debet pro secundo Matrimonio: quia contrahens illud sub eadem conditione, eo ipso præsumitur recedere voluisse à consensu prelito in priori Matrimonio sub eadem conditione, cum impossibile esset velle illud secundum sub illa conditione, nisi revocando priorem consensum. Ita Eminent. Hoc autem constat non habere locum, quando simul vel successivè contrahitur sub diversa conditione. Unde tunc verius apparet, quod docet Concilium, scilicet, Matrimonium illud perfici, cuius conditio priùs impletur.

Si autem à me quætitur: an illa impletio fieri debeat coram Parochio & testibus, ubi Conc. Trident obligat? Respondeo & dico:

### CONCLUSIO V.

Non requiritur in contrahentibus cognitio adimpta conditionis, nisi ad usum Matrimonii: neque est necesse, Pastorem & testes interesse impletioni conditionis.

D E prima parte hanc diffuse egimus 14.8. Conclus. 3. Videantur ibi dicta. Tantum addo: nimis manifestum esse, requiri in usum Matr. contrahentibus illam cognitionem ad usum requiritur cognitio ad impletam conditionis.

Nec obstat; quod fieri possit, ut sint veri conjuges, quia etiam fieri potest, ut non sint Occurruntur veri conjuges. Et aliunde ad evitandum pec. objectioni.

catum fornicationis, non sufficit, ut sint veri conjuges, qui copulantur, sed debet ipsi, saltem probabiliter, constare, se esse veros conjuges, alioquin consentur consentire in fornicationem, cum velint copulam, de qua probabiliter nequeant judicare, quod sit Matrimonialis, adeoque velint copulam, quam certò sciunt, posse esse fornicariam. Quidni ergo peccent peccato interno fornicationis, estò alioquin à parte rei non sit fornicatio? Non est dubitandum.

**149.**  
*Si requiriatur novus consensus ad valorem Matrimonii, certum est, Parochus & testes debere illi assistere, quia, ut patet, per illum contrahitur Matrimonium, & consensus conditionatus solum habuit vim sponsalium. Porrò Conc. Trident. postulat præsentiam Parochi & testium non ad valorem sponsalium, sed Matrimonii.*

**150.**  
*Si non requiratur novus consensus impletâ conditione, juxta dicta Conclus. 2. tunc gravis controversia est inter DD. an Parochus & testes, ubi Trident. obligat, debeat interesse etiam impletioni conditionis, vel saltem, num debeat scire conditionem fuisse impletam, ad hoc ut Matrimonium valeat. Et in primis sufficere, ut Parochus & testes interfici impletioni conditionis, videatur mihi sat's evidens, quāvis aliqui Theologî id negent; quippe iam Parochus & testes assistunt omnibus requisitis ad Matrimonii perfectionem, adeoque possunt plenissimè testari de Matrimonio absolutè contracto, & sic perfectissimè obtinetur finis Concilii, qui est impeditre occulta adulteria; quidni ergo id sufficiat ad valorem hujusmodi Matrimonii?*

**150.**  
*Etsi sententia Sanchez. Navar. Manuel.*

Planè sufficere, docet Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 22. citans Navar. 1. 4. Conf. tit. de Condit. appos. conf. 1. n. 6. & Manuel. 1. tom. Summæ 2. editione cap. 219. conclus. 18. n. 19. dicentes, impletâ conditione non esse necessarium, ut iterum coram Parochio & testibus contrahant.

Sed, falvo meliori, Navarrus ibi disputat contra eos, qui (ut vidimus Conclus. 2.) requirunt novum consensum post purificatam conditionem, etiam ubi Trident. non obligat: quia existimant Matrimonium conditionatum solum habere vim sponsalium, que sententia sat's probabilis est, & pro se haber-

**D. Tho. D.** D. Tho. 4. dist. 29. q. un. a. 3. quæstiuncula 3. D. Bonav. 4. dist. 28. q. 3. n. 13. & alios plures tam veteres, quam recentiores Theologos; sed in præsenti de hac re non disputamus.

De qua ergo? Sicut dixi antea, supponimus ante Trident. non fuisse necessarium novum consensum post purificatam conditionem, & quærimus, an post Trident. sit necessarius; dicimus autem neque esse necessarium, ubi Trident. obligat, saltem tunc,

quando Parochus & testes interfuerint in conditione, id est, quando Parochus & testibus sufficienter conflat, etiam de veritate fornicatione conditionis appositæ in contractu, sive fuerit conditio de futuris, ut de præsenti aut prætorio; eadem omnia est ratio.

Sed nunquid isthæc notitia neccesse est? Quidam, inquit Sanchez. sup. n. 23. scilicet esse certum, hoc desiderari. Probatur: Trident. exigit, ut Parochus & testes stant vero Matrimonio, quod tale est impliciter, & inducit vinculum indissolubile. Prædicta ut de illo testificari possunt, sed illud non apparet. Matrimonium conditionale non est simile Matrimonio, nec indissolubile; nec potest sunt verè Parochus & testes testificari de Matrimonio contracto, cum illud predictum conditionis verificatione, nec in præsenti conditionis testes sint; ergo nullo modo Matrimonium.

Et confirmatur: quia finis Concilii 2. possunt sponsi ad alias nuptias transire, atque de prioribus minime constat; hoc inconveniens minimè colligendu & testes non interfici verificatione conditionis: nam ea verificata inquit, non constat Ecclesiæ ejus veritas; non constat de Matrimonio, atque ita corporis inre Matrimonium.

Potest secundū in favorem huius tertiæ adduci, quod Matrimonium senti inter impuberis coram Parochiis non fit verum Matrimonium, niente pubertate inter se constat.

Tertiò adducitur ab Averroë: 1. §. Potius ergo, ubi doceat hanc sententiam, quin alio quidem modo postulatur, talis contractus, nempe si consentiant, cedant ab illa conditione, & indeplorabili ab ea absolutè consentiant. Potest est, num oporteat hunc recessum facere, & novum consensum adhiberi, coram Parochio & testibus, vel non oportet. Si tur primum; ergo similiter in alio modi facienda tale Matrimonium, feliciter purificationem conditionis, debet adhiberi, coram Parochio & testibus. Si dicatur sententia consequenter fatetur Sanchez. 2. 19. quod novo consensu clam inter contractum prestito, nullatenus poterit id Matrimonium coram Ecclesia probari. Imo compungit test, ut postea non admittatur causa, de hoc planè constat: ubi illud Matrimonium deberet ab Ecclesia judicari nullum, tamen in re est validum. Quod enim inconveniens contra intentum Caselli. Fatendum ergo est, sive per novum consensum, sive per conditionis purificationem, debere Matrimonium illud coram Parochio & testibus perfici. Hæc illa.

Nec sufficit, inquit ibidem, posse alium dè constare de purificatione apud Ecclesiam: quia etiam de contrahentium consenso posset constare aliis modis: sed tamen Concilium præcisè requirit, ut illo modo constare debeat.

<sup>154</sup> Sed nūquid propter hæc argumenta recedendum à Conclusione, qua cum Sanchio

sup. n. 24. oppofitum docet? Negare quidem (inquit hic Auctor) minimè possum, rationes has urgenterissimas esse, & quæ convincere videntur. Verum pro contraria parte, ut sufficiat Parochum & testes intercessi illi Matrimonio de præfenti, sive conditio fit de præfenti, sive de futuro; nec sit necessarium, ut præfentes sint conditionis verificationi, quæ mihi valde probabilis est, vehementissimè urget nam quando aliqui contrahunt per Procuratorem, non est opus, ut Parochus & testes videant literas, in quibus continetur potestia Procuratoris, ut praxis totius Ecclesiæ recipiat: alias deberent esse vii docti, ut sciarent, an ea potestas sit sufficiens, nec ne: at non possunt plenè testari de Matrimonio, nisi supposita veritate illius potestia Procuratoris. Similiter quando confanguinei contrahunt ex Pontificis dispensatione, non est opus, ut Parochus & testes videant dispensationem, cùm tam aliter nequeant plenè testari de Matrimonio; nisi supposita veritate dispensationis obtentæ. Ergo si hoc Matrimonium valeat, valebit etiam Matrimonium contractum per verba de præfenti sub conditione coram Parocho & testibus, quāvis eidem minime confer de verificatione conditionis.

<sup>155.</sup> Præterea; quia non videtur mens Concilii, ut plenè & integrè possint Parochus & testes de Matrimonio testificari, sed ut sint testes consensu de præfenti, quāvis valor Matrimonii pendeat ex alicuius veritatis suppositione, ut constar ex Matrimonio contracto per Procuratorem, in quo ut Parochus & testes plenè testentur de Matrimonio, oportet ut videant potestatem Procuratoris, & sciencie sufficienciem, nec revocatam. Similiter quando contrahunt duo pueri, qui dicunt se esse puberes, si verè sunt puberes, validum est Matrimonium, quāvis Parochus & testes dubitarent esse imputabiles, & ita non plenè possint testificari de Matrimonio, cuius valor penderet ex veritate ætatis: ergo cùm in nostro casu verè testificantur Parochus & testes de consentiu de præfenti, quāvis valor pendeat ex eventu conditionis, de quo non possunt testificari, valebit Matrimonio.

Et confirmatur, nā sic servatur finis Concilii in eo Decreto, qui est, ne contrahantur secundæ nuptiæ spretis primis: nam cùm constet Ecclesiæ de illo Matrimo-

nio de præfenti, quāvis valor pendeat ex verificatione conditionis, nullo modo permetter eos ad secundas nuptias transire, donec plenè Ecclesia discutiat, an impletæ fuerit conditio, nec ne; & an recesserint à conditione, & sic voluerint, ut absolutè contrahens valeant. Hucusque Sanchez pro sua,

& nostra sententia.

Eamque, teste eodem Auctore, videtur clare tenere Navarrus loco sup. citato, ubi dicit, Matrimonium semel coram Parocho & testibus contractum sub conditione licita, non esse opus, ut post adventum conditionis, iterum fiat coram Parocho & testibus; quia adveniente conditione retrorahitur, ac manet perfectum, ac si à principio factum fuisset.

Prores id dicit Navarrus; sed contra eos, <sup>157.</sup> An Navarrus doceat hanc sententiam?

qui post adventum conditionis requirebant novum consensem; de hoc enim puncto ibi solùm disputat, ut suprà notavi, & evidens erit insufficiens textum. An autem requiretur notitia advenientis conditionis, neque affirmat, neque negat ibi Navarrus. Interim non requiri illam notitiam, nobis cum Sanchio videtur valde probabile. Hinc conabimur cum eodem Auctore satisfacere rationibus Adversariorum. Quin ex nunc videtur plerisque satisfactum per exemplum Matrimonii, quod contrahitur per Procuratorem, & ex dispensatione Pontificis, non vasis literis commissionis, & dispensationis.

Sed contra hoc insurgunt Adversari, & conantur ostendere disparitatem. Dicendum est (inquit Aversa sup. §. Ad fundatum) <sup>158.</sup> *Ad fundatum* se ad primâ de mente Concilii est, ut Parochus & testes intersint contractu perfecto, atque ut illis consentiantur circumstantiae, quæ sunt de forma ipsius contractus, qualis omnino est purificatio conditionis. Ubi distinguere oportet circumstantias, debitas ex parte contrahens, & alias, debitas ex parte contrahentium; nempe ut Procurator sit legitimus, & consanguinei vel affines sint dispensati, ut contrahentes sint puberes. Non ergo Concilium requirit, ut de his circumstantiis contrahentium constet coram Parocho & testibus ad hoc, ut Matrimonium sit validum: sed bene requirit, ut ipse contractus perficiatur coram Parocho & testibus; non perficitur autem contractus conditionatus nisi per adimplementum conditionis, sicut non perficitur per consensem unius partis, sed utriusque, quare id totum deber illis constare. Nec aliter satisficeret ad intentum Concilii: quia alioquin conditio posset secretè adimpleri, & tunc si una pars negaret, & altera affirmaret esse adimpleram, maxima perplexitas oriretur. Hæc ille.

Et Coninck hic disp. 29. dub. 1. (ubì n. 159. tenet sententiam Aversæ) n. 16. sic ait: *Resp. Co-*

*Zzz 2 Aliud*

Aliud est esse testem externi contractus in genere suo completi, aliud esse testem valoris ipsius; & illud dicimus requiri, hoc non. Posito enim quod ille exteriū legitimè factus sit, presumitur factus ab habitibus potestate & personis legitimis, donec probetur contrarium; & voluntas resilire, est hoc probare, ostendendo, dispensationem, aut commissionem procuratoris, esse nullam. Conditio autem non presumitur completa, donec de ea constet, & consequenter, id assertis, est probare.

*Confirmatio-*  
*tie.*

Confirmantur hec omnia ex dictis disp. 24.  
n. 79. ubi ob eandem rationem ostendi, ut  
Parochus validè assistat Procuratoribus, de-  
bere ei constare de mandato, iis dato. Quare  
eis Ecclesia conscientia primi contractus, forte  
non permetteret, iniur secundum, donec sci-  
ret conditionem defecisse; tamen si de facto  
contraheretur, pro hoc judicaret, donec con-  
staret conditionem suo tempore prius im-  
pletam fuisse. Hactenus Coninck.

160.  
*Rejicitur.*

Sed probatum oportuit, non suppositum,  
quod Ecclesia pro hoc Matrimonio judica-  
ret, donec constaret conditionem suo tem-  
pore prius impletam fuisse; & non potius pro  
illo, donec constaret conditionem suo tem-  
pore prius impletam non fuisse; cum enim  
sit prius tempore, & quasi in possessione, fal-  
tem inchoata, fierique possit, ut absolute valeat,  
secundum autem Matrimonium abso-  
lutè si invalidum, videtur prius probanda  
esse in validitas prioris Matrimonii condicio-  
ni; adeoque probandum esse, conditionem  
suo tempore prius impletam non fuisse,  
quam judicandum sit pro valore secundi  
Matrimonii.

161.

*An Pare-  
chus debet  
videre lite-  
ras procura-  
tionis.*

Veluti, qui contraxisset per Procurato-  
rem coram Parocho & testibus, si aliud po-  
steà Matrimonium per se ipsum contrahe-  
ret, ab Ecclesia compelleretur ad observa-  
tionem primi Matrimonii, nisi ipse falsita-  
tem Procuratoris seu procurationis sufficien-  
ter probasset. Ratio clara est: quia primum  
Matrimonium est in possessione, & non  
presumitur fraus aut dolus Procuratoris, ni-  
si legitimè probetur. Unde videatur suffi-  
cie, ut Pastor & testes sciant, hujusmodi con-  
trahere in nomine talis vel talis personæ,  
tamen si non videant literas procurationis,  
nec discernere valeant, an legitima sit, nec  
ne; hoc ipso quippe incumbit probatio con-  
trahentibus, si aliud velint contrahere Ma-  
trimonium, et si aliud contraxisset, pro

*aut dispen-  
sationis.*

Et idem dicendum de Matrimonio, quod  
per dispensationem contrahitur inter con-  
sanguineos; satis enim est, ut Parochus &  
testes sciant, tales contrahere Matrimonium  
ex dispensatione, tamen si eam non viderint,  
nec discernere valeant, an legitima sit, nec  
ne; hoc ipso quippe incumbit probatio con-  
trahentibus, si aliud velint contrahere Ma-  
trimonium, et si aliud contraxisset, pro

primo judicaretur, nisi possent probare  
validam fuisse dispensationem.

Dices ex Coninck supraconditio non pre-  
sumitur impleta, scilicet presumitur facta  
curatio, & data dispensatio. Sed hoc cap-  
Dicas illo hic disp. 5. n. 135. dicens: Si non  
constat, commissionem esse factam Procur-  
atori in uno casu, & in alio dispensationem  
esse datam à Pontifice, neuter potest in-  
diri à contrahendo aliud Matrimonium  
afferenti commissionem esse factam Procur-  
atori, aut dispensationem esse datam non  
bit probatio, non minus quam aferre  
ditionem esse impletam, & licet for-  
trahere non permittratur, dum non  
commissionem non esse factam, aut dis-  
pensationem non esse datam; tamen si dis-  
pensationem altera contrahat, Ecclesia pro hoc  
do contractu judicabit, dum non  
commissionem esse factam, aut dis-  
pensationem pro primo contractu  
nulla est disparitas, quantum ad vincula  
convenientia, quæ viri voluntate  
ter notitiam conditionis ex una, &  
tritiam commissionis & dispensationis  
altera. Hæc ille.

Qui ibidem n. 133. dispensationem  
essentialiter requiri ad Matrimonio  
rationem, dilplementationem, & dispensa-  
tionem conditionis. Sicut enim implemen-  
tis perficit essentialiter conditionem,  
que ea erat imperfectus, & id est  
perfectionem essentialiem eximi-  
ctus, simili quoque ratione pro-  
penatio; essentiali quippe ex parte  
terno Matrimonii, quod conponit  
ab ipso contrahente, & quod contra-  
teria, legitima corpora; jam ad ap-  
curationem non provenit ab ipsius  
& fine dispensatione non habet pri-  
legitima corpora. Ergo Parochus  
vel non debet constare adimpliri  
conditionis, vel etiam debet constare pro  
dispensatio. Et quia Dicas illo pen-  
datur necessariam notitiam procurationis  
penstationis; sed sufficere, ut Paro-  
chus & testes ipsi expressione certe  
idem etiam nobiscum doceat, non etiam  
iam notitiam conditionis adimpliri  
sufficere, ut Parochus & testes  
expressioni consenserent.

Cumque existimat, Ecclesia pro  
ram pro valore secundi Matrimonii  
bet adimplita conditio, ut etiam  
bet facta procuratio, & data dispen-  
satio; fieri autem possit, ut ea probari pos-  
sunt, & pro omni eventu evitari inconvenien-  
tia, quæ voluit evitare Trident.

Interim, quia non est ita frequens (p.  
n. 139.) & commune, quod Matrimoni-

P  
Sacra  
Pa

fiat per Procuratorem; non exhibito aliquo instrumento, & adhibitis aliquibus testibus, quibus possit probari commissio Procuratori facta; neque etiam ita est frequens & commune, quod Matrimonium inter habentes impedimentum dirimens, fiat ex dispensatione pro foro externo, quin extent authenticata littera, tum datæ partibus, tum reservata in Pontificio Archivio: hinc est, ut non nimis fuerit anxius Trident. præcludendi aditum ad hujusmodi dolos, qui vix aut raro contingunt. Atque adeo fatendum est, in his casibus, raro contingentibus, nondum esse provisum de remedio.

<sup>165.</sup> Idem ergo & eodem modo dicere possumus pro casu implete conditionis, cuius impletionis notitia non habeatur a Parocho & testibus. Concedendum enim est, pro illo casu implete conditionis, cuius notitia non habetur a Parocho & testibus, qui prius interfuerunt Matrimonio, nondum esse omnino provisum de remedio; quia rarissimus est casus, in quo contrahentes coram Parocho & testibus sub conditione de futuro, ea impletâ non renoverent consensum ad maiorem securitatem, propter probabilem opinionem, quæ docet, Matrimonium non valere, nisi renovato consensu. Item rarissime solet adhiberi conditio, quæ aliqua ratione non possit iuridice probari, atque adeo vitari prædicta inconvenientia.

Unde non mirum, quod Trident. non nimis curavit, pro tam raris casibus remedium adhibere; sicut etiam contingere potest, quod moriantur testes, & quod Parochus non descriperit in libro, juxta Tridentini prescriptum, atque adeo non possit iuridice probari, Matrimonium esse factum, cui inconvenientem nondum providit Tridentinum; nec enim juventutem facile omnibus inconvenientibus providere. Hæc illæ. Et ecce habet secundum solutionem principalis argumenti Adversariorum.

Porrò quod secundò adducebatur in favorem eorum, desumptum ab exemplo Matrimonii de præsenti inter impuberem, nullam habet difficultatem; quia ille contractus interpretatione juris positivi, solum habet rationem sponsalium, juxta cap. un. de Desponsis. impuberum in 6. ibi: *Idem quoque si pubes & impubes, vel duo impuberis, non proximi pubertatis, & in quibus etiam malitia non supplebat, per verba contrarerint de præsenti sponsaliis enim illa, quæ juris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro (sic) verba, consensum experientia de præsenti, haberent, & Matrimonium contrahere intenderent contrahentes) per adventum pubertatis in Matrimonium non transirent de præsenti.*

Nunquid talis constitutio habetur circa Matrimonia puberum-conditionata, ut per

adventum conditionis, in Matrimonium non transirent de præsenti? Nuspiciam talis constitutio reperiatur, & ita non mirum, si non valeat argumentum ab uno Matrimonio ad aliud; quia unum per legem positivam reductum est ad sponsalia, aliud autem est verè contractus de præsenti, & non sponsalia, ut patet ex ante dictis.

Nec obstat; quod Matrimonium conditionatum est. <sup>167.</sup> Per tuas, 6. de Condit. appos. occurritur appelletur sponsalia, ibi: *Vix ipse quāvis contracta sponsalia, & carnalem copulam non negaret.* Non obstat, inquam; quia omne Matrimonium ratum ita quandoque vocatur, ut patet ex Sect. 1. in principio, & idem in dicto cap. un. de Desponsis. impuberum, cùm Pontifex vocasset Matrimonium impuberum, de præsenti sponsalia, statim ea distinguit contra sponsalia de futuro, ibi: *Quæ juris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro.*

Deinde negari posset, in dicto cap. Per tuas, Matrimonium conditionatum appellari sponsalia; quia, ut notat Coninck <sup>Coninck,</sup> n. 14. ibi tantum dicitur, mulierem dixisse, virum de præsenti secum contraxisse, ibi: *Per tuas literas intimasti, quod cum quadam mulier P. nomine, N. postularet in virum, afferens, inter se mutuum de præsenti consensum intervenisse &c.* Hunc autem fassum esse, se contraxisse sponsalia sub conditione futura, ibi: *Vix ipse &c. ut lupa.* Unde sequitur tantum, eos sibi contradixisse; non autem talem contractum dici sponsalia.

Restat, ut respondeamus 3. argumento Adversariorum, suprà proposito ex Aversa. Quærit autem hoc argumentum, quid dicendum, quando receditur à conditione per copulam carnalem, aut absolutum consensum de præsenti? Respondeat Sanchez <sup>Quid dicendum, quando receditur à conditione, per copulam carnalem, aut absolutum consensum de præsenti?</sup> suprà n. 25. si pendente conditione illius Matrimonii, initi coram Parocho & testibus, contrahentes habeant copulam, præsumere Ecclesiast. recessisse à conditione & perfici Matrimonium, per cap. Per tuas, de Condit. appos. Quod id est in foro interno etiam post Trident. si affectu conjugali commixti sunt. Quia jam servata est forma Tridentini in priori contractu, & judicandum erit, ac si impleta esset conditio occulte. Hæc illæ.

Ego autem dico; per recessum à conditione, quocunque modo hic fiat, non perfici prius Matrimonium; sed novum contrahit; adeo que neminem mirari debere, si ad illud requiratur nova præsentia Parochi & testium. Porrò per impletionem conditionis, non contrahitur novum Matrimonium; sed vetus perficitur; id est, quod antea erat conditionatum, jam si absolutum, siè novo aliquo cōtentu, quod non habet locum, quando receditur à conditione.

169. *Sententia de Scildere de hac controversia.*

Cæterum quia Conclus. 3. particularēm retuli sententiam de Matrimonio conditio-  
nato Ludov. de Scildere, placet hic etiam  
eiusdem Autoris de præsenti controversia  
judicium subnectere. Sic ergo ait loco sup-  
citatō: Non est necces̄, Paforem & restes  
interesse implorionis conditionis, cūm id fœ-  
pē impossibile sit, ut si duplex divergo simul  
in loco impleri debeat: imo neque fortè vi-  
dētur postea scire debere, conditionem esse  
implatam; nam aliā mors unius ex illis in-  
terveniens, totum Matrimonium disturbaret.  
Per conseq̄ens etiam fortè validum est, si  
per contentum postea absolutum à conditione  
recedatur.

170. *Ei favet Declaratio apud Barbo-*  
*Barbam verb. Matrimonium n. 22. in qua*  
*clar. Card. apud Barbo-*  
*sam.*

Hui favet Cardinalium declaratio apud  
Barbam verb. *Matrimonium* n. 22. in qua  
validum dicitur Matrimonium viri, qui co-  
ram Parocho & testibus pueræ dixerat: *Con-*  
*trahō si hoc salvo meo honore fieri potes,* & si  
fratribus meis placuerit; postea autem cum il-  
lā non expectato conditionis eventu ex affe-  
ctu maritali copulam habuit; quia revera  
gratia non confertur sub conditione, sed  
completâ voluntate actus. Voluit scilicet  
Ecclesia tantum constare per Parochum &  
testes de consensu contrahentium, ex parte  
iporum irrevocabili; nam de multis aliis,  
qua Matrimonium invalidare possunt, ipsis  
constare non debet. Usquæad huc de Scildere.  
Consequenter ad suam sententiam. Sed cūm  
in nostra opinione non constet de consensu  
irrevocabili, quia consensus conditionatus  
est revocabilis, saltem validè, & aliquando  
etiam licet, ut superius non semel diximus;  
hinc in ea hæc res majores haber difficultates,  
quas modò expendimus, & quibus conati-  
fuius satisfacere, & arbitror satisfactū esse.

171. *Nan est ne-  
cessitate ut Paro-  
chus & te-  
stes per se  
videant con-  
ditionem esse  
implatam.*  
*Aversa.*

Tantum adjungo, quod bene notat Aver-  
sa supra, etiam in sententia sua non esse præ-  
cisè necessarium, ut Parochus & testes per se  
videant, conditionem esse adimpletam, vel  
adimpleri: sed satis esse, si ipsi metu contrahen-  
tentes id coram illis affererent; quia sicut satis  
est de eorum consensus per eorum verba constare, ita utique de conditionis purificatione.  
Immo etiā conditio non esset verè purificata,  
adhuc illa contrahentium assertio se haberet  
tanquam novus consensus absolutus, ab incer-  
titudine conditionis non amplius dependens.

Similiter ex altera parte necesse non est,  
ut Parochus & testes audiant ab iisdem con-  
trahentibus, conditionem esse adimpletam:  
sed satis erit, si ipsi per se viderent.

Coninck quidem cohærenter dicere de-  
beret, necesse esse, ut Parocho & testibus con-  
stet de notitia eorumdem contrahentium  
conditionis adimpletae, quia volebat Matri-  
monium non compleri, nisi per hanc noti-  
tiā. Sed apud nos satis erit, ipsam condi-

tionem realiter coram Parocho & testis  
adimpleri, seu constare adimplerat. Debet  
autem esse iisdem Parochus & testes, qui  
terfuerunt primo contractū conditionis  
ut sicutis, & per eos Ecclesiæ plenē con-  
perfectione contractus; quia debet  
contestes de toto Matrimonio & alioq[ue]  
essent diversi, se haberent tanquam regu-  
gulares super diversos actus, qui non faci-  
plenam probationem. Hæc illa  
A quo si quāras; an licet contractū  
conditione? Responderib[us] S. Sa-  
mum: Videri potest, Matrimonium  
sub conditione contractum valeat, pro-  
licitè ita contrahi. Et ita inducit Coninck.

171. Iolūm dicens, talia Matrimonium  
facile permittenda. Sed portio dicitur  
moraliter loquendo, non licet sic constare  
re; nec etiam Parocho & testibus re-  
lixisse possit.

Tum, quia generaliter Sacra-  
mentum debet sub conditione constare, si  
mum in casu necessitatis, utpote pa-  
bitatur, si quis sit baptizatus, utpote  
solutionis, aut Extremæ Uscionis, sed  
hoc Sacramento Matrimonio non esse  
talism necessitas, ut debeat: si tentatio  
contrahi, nec simpliciter ipsi oblongu-  
cessarium. Quare dum aliquis inter  
heret, nisi sub certa conditione, tamen  
adhiberi priù diligentiam, si uero  
adgit, vel procurare, ut obtineat  
rificatā, vel obtentā, postmodum  
contrahere.

Tum etiam in ratione Sacra-  
menti tractus, modus contrahendi  
exponeret rem perplexitatem, non  
solū si conditio sit de factis  
si erat de præterito, & de præ-  
dictis quia possunt oriri difficultates  
ritatem facti; sed etiam quia ex  
controversie de jure ipso inter D[omi]n[u]m  
ex iis, quæ modò tractata sunt. Hæc  
Averfa.

Rogas quid ego sentiam? Repon-  
tiū cum Regio jam citato, ral[ia] Mar-  
non esse facile permittenda, sic etiam  
permittenda sine iusta & valde mis-  
causatum quia, ut ait Regius, paratu[m] pre-  
dignitate Sacramenti; tum etiam quia  
facile lites ac difficultates oriri posse  
fertim ob varias DD. hac in re summa  
Interim aliquando posse permitti facili-  
to; quippe conditionata Sacramenta  
nfiltratio, non semper dedecet dignitatem  
cramenti, & aliunde fieri posset, ut diffi-  
cultates & lites evitarentur, ut peccati  
introficiunt faciliter patebit.

Quia tamen raro hæc omnia summa  
currunt, ideo benè dixit Averfa, morali-  
loquendo non licere sic contrahere, neq[ue]

Paroch & testibus voluntarii iis assisteret; atramen quod factum fuerit, validum erit, juxta quod dicitur cap. 16. de Regular. *Multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint, obirent roboris firmitatem.* Si ergo à me queritur, an confanguinei valide contrahant sub hac conditione: *Si Pontifex dispensaverit?* Respondeo.

## CONCLUSIO VI.

Matrimonium inter inhabiles, *Si Pontifex dispensaverit*, valet, cognita dispensatione.

175. Intelligenda venit Conclusio de tali inhabilitate, in qua aliquando dispensat Pontifex validè & licet ex iusta & rationabili causa; idque dum talis causa hic & nunc subsit, ita ut inhabiles seu impediti, qui sub tali conditione contrahunt, possint licet dispensationem petere, & ea obtentā licet ut alioquin erit conditio vel absolute impossibilis, si Pontifex nullatenus possit in tali impedimento dispensare, aut certè turpis seu inhonestas; quia, ut supponitur, nec Pontifex hic & nunc potest licet dispensare, neque contrahentes licet possunt dispensationem petere; ergo talis contactus ad nihil obligat, etiamsi juramento foret firmatus, quia juramentum non est vinculum iniquitatis, ut latius alibi tractavimus.

Aque ut licet possent uti dispensatione jam obtentā; equidem non obligat prior contractus, quia conditio turpis, qualis indubie est, quæ sine peccato ponit non potest, habetur pro non adiecta, ut etiam impossibilis, ut ex dicendis inferius patet; adeoque fuit contractus inter inhabiles absolutus, quem constat nullam inducere obligacionem, tametsi postmodum per accidentem habitat advenire. Sin autem posita jam habilitate per sublationem impedimenti, seu dispensationem illicitam, de novo consentiant, proculdubio erit validus contractus, sive sponsalitus, si fuerit consensus de futuro, sive Matrimonialis, si de praesenti. Atque hec facta certa.

Difficultas ergo in eo versatur, an quando Princeps solitus est dispensare in impedimento ex iusta causa, adeoque talis causa, obliget Matrimonium inter sic impeditos, cæ expressa conditione: *Si Pontifex dispensaverit.* Afirmat Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 10. & probat exemplo sponsalium, quo sub simili conditione contracta inter inhabiles, manent firma & valida impletæ conditione, ut multis ostendit idem Auctor eod. lib. disp. 5. n. 24. quia, inquit, licet illi inhabiles sint ad contrahendum pro tunc, non tamen ad contrahendum tempore impletæ conditionis.

Quoniam ea est conditionis natura, ut tufpendat actum, & ejus absolutam obligacionem in tempus impletæ conditionis, ut dicitur I. 213. ff. de Verb. signif. sequentis te. 1. 213 ff. de noris: *Cedere diem significat incipere deberi per. Verib. sign. cuniam. Venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi pure quis stipulatus fuerit & cessit & venit dies. Ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit. Ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione.*

Igitur priores consensus non permanent immutati; quia pendente conditione sunt inefficaces, imperfecti, nec pariunt publicam honestatem, quæ secus se habent conditione impletæ cap. 1. de Sponsal. in 6. ibi: *Cum ex cap. x. de sponsalibus conditionalibus ante conditionem existantem, sicuti consensus non habentibus, & in certis, nulla publica honestatis justitia oriatur.*

Et confirmatur: nam institutio ut valida fit, debet esse hominis capacis, & tamen valet institutio spuri, facta sub conditione: *Sicut.*

177. *Princeps cum legitimaverit juxta communissimam & verissimam sententiam, ut potest videri apud Covar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 5. n. Covar.*

12. alias 17. ubi sic ait: *Prætermittendum verò non est, parenti tutissimum esse, ut spuriū hæredem instituat sub conditione, si à Princepe fuerit effectus legitimus: tunc evenientē legitimatione, patris hæreditatem absque animæ periculo obtinebit: cum institui jure possit incapax in tempore, quo capere possit, l. In tempus, ff. de Hæred. institut. l. Sicut, & ibi Gloss. in principio, ff. Quibus modis ususfr. amitt.*

Nec obserit l. *Si alienum, §. In extraneis.* ff. de Hæred. instit. ubi in institutionibus conditionalibus oportet hæredem capacem esse tempore testamenti, mortis & aditionis hæreditatis; id enim procedit in conditione extrinseca; secus in conditione intrinseca, & qua à jure intelligitur, qualis est ista: *Cum capere poterit heres. Hæc ille.*

Ergo similiter in nostro casu, juxta eundem Auctorem sup. c. 3. ubi in primis sic ait n. 2. *Si verba contractū sunt de futuro, ante conditionem, nec ibi est Matrimonium, nec sponsalia de futuro; eveniente verò conditione sponsalia sunt, quæ de futuro appellamus: quod si verba sint de praesenti, conditione tamen adiecta, eveniente illâ conditione, conjugium erit, ante illam nec Matrimonium, nec sponsalia de futuro.*

Deinde n. 7. proponit dubium, de quo 179. hic disputamus, & refert sententiam, quæ requirit novum consensus obtentā dispensatione, allegatis variis Auctoribus pro ea, & duplice ratione; hic enim, inquit, contractus, secundum eos, à principio fuit illicitus: ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio, l. *An requiriatur novus consensus obtentā dispensatione. Prima ratio pro parte affirmante.*

Præ-

Secunda. Præterea, hæc conditio impossibilis est, quia à Principis voluntate dependet, l. Cum seruos, §. Constat ff. de Legat. i. Constat. etiam, res alienas legari posse, utique si parari possint; etiamque difficultas eorum paratio sit. Si vero Salustianos bortos, qui sunt Augusti, vel fundum Albanum, qui principalibus usibus defervit, legaverit quis, furioso est, ita legata reſtabitudo ad scribere. Item campum Martium, aut forum Romanum, vel aldem sacram legari non posse constat. Sed & ea prædia Cæsaris, que in formam patrimonii redacta sub procuratore patrimonii sunt, se legentur, nec estimatio eorum debet præfari: quoniam commercium eorum, nisi iussi Principis, non fit, cum disfrahi non solleant.

L. 137. ff. Item l. Continuus, s. Cum quis, ff. de Verb.  
de Verb. oblig. Cum quis sub hac conditione stipulatus  
sit, Si rem sacram aut religio, am Tuis vendi-  
derit, vel forum aut basilicam, & bujus modi  
res, quæ publicis usibus in perpetuum relinque sint,  
ubi omnino conditio iure simplex non potest, vel  
id facere ei non licet: nullum momenti fore si  
stipulationem, proinde ac si ea conditio, quæ natura  
impossibilis est, infraeta esset. Nec ad rem pertinet,  
quod sua mutari potest, & id quod nunc impossibi-  
le est, postea possibile fieri, non enim secundum  
futuri temporis ius, sed secundum presentis affi-  
mari debet stipulatio. Jam autem conditio im-  
possibilis à Matrimonio rejicitur, ac remanet  
purus ipse contractus, c. fin. de Condit. ap-  
pos. sed talis contractus purus minimè valet.  
Ergo etiam Papa dilpenaverit non erit  
Matrimonium, immo nec sponsalia de futuro.

Sed his rationibus (prosequitur Covarrubias) responderi potest, Primo; hunc contrarium fore illicitum, si simpliciter fiat; si vero fiat sub conditione, quæ contractum ad dictum tempus referat, licitum esse. *In tempore* 62. ff. de Herred. infit. *In tempore* 180. *Prima responsum ad predictas rationes ex Covar.* Adriano placuisse videtur. Hadini. Cùmque nobis magis arricesset opinio Canonistarum, scilicet novum consensem, eveniens que conditione honesta, arbitriu posito, adveniente dispensatione

**Adrianus.** *pus*, 62. ff. de Hæred. initit. *In tempus capienda hæreditatis institui hæredem posse*, benevolentia est, velut: *Lucius Titius cùm capere potuerit, hæres esto. Idem & in legato.* Unde qui ita contraherent, non essent excommunicati ex Clement. un. de Consang. quod norat Adrianus in 4. tract. de Matr. q. polito, adveniente dispensatione esse judicandum Matrimonium & futalia de futuro.

**Adrianus.** quod notat Adrianus in 4, tract. de Matr. q. 10. ad fin.  
**Secunda** Secundò responderetur: id quod à Principis voluntate pendet, reputatur impossibile,  
**181.**

quando illud Princeps non solet concedere: id verò, quod Princeps solet concedere, non est dicendum esse impossibile, qualis est dispensatio in tertio gradu consanguinitatis, aliique similibus impedimentis; quod patet ex dicto §. *Confat*, dum dicit: *Cum diffrabí non soleant..... Imò licet id, quod pendet à Principis voluntate, dici possit impossibile largè, non tamen ex stricta interpretatione, etiam si non solet à Principe concedi: id enim si fieri à Principe potest, possibile est, quod fiat: tamen quia Princeps, etiam si id copi transcundi ad Religionem, h[ab]et dispensaverit, validum est, secundum leges, cum tamen haec conditiones patuerint Principis voluntate.*

180

**Adrianus.** *pus*, 62. ff. de Hæred. initit. *In tempus capienda hæreditatis institui hæredem posse*, benevolentia est, velut: *Lucius Titius cùm capere potuerit, hæres esto. Idem & in legato.* Unde qui ita contraherent, non essent excommunicati ex Clement. un. de Consang. quod norat Adrianus in 4. tract. de Matr. q. polito, adveniente dispensatione esse judicandum Matrimonium & futalia de futuro.

**Adrianus.** quod notat Adrianus in 4, tract. de Matr. q. 10. ad fin.  
**Secunda** Secundò responderetur: id quod à Principis voluntate pendet, reputatur impossibile,  
**181.**

quando illud Princeps non solet concedere: id verò, quod Princeps solet concedere, non est dicendum esse impossibile, qualis est dispensatio in tertio gradu consanguinitatis, aliique similibus impedimentis; quod patet ex dicto §. *Confat*, dum dicit: *Cum diffrabí non soleant..... Imò licet id, quod pendet à Principis voluntate, dici possit impossibile largè, non tamen ex stricta interpretatione, etiam si non solet à Principe concedi: id enim si fieri à Principe potest, possibile est, quod fiat: tamen quia Princeps, etiam si id copi transiundi ad Religionem, h[ab]et dispensaverit, validum est, secundum leges, cum tamen haec conditiones patuerint Principis voluntate.*

voluntate, reputaretur impossibilis; at quocties est praembula, & necessaria ad dispositionis & actus valorem, non est rejicienda, eti summè difficultis sit, sed ejus eventus expectatur; sed hæc conditio: *Si Pontifex dispensaverit*, est necessaria ad valorem promissionis Matrimonii, & ipsius Matrimonii inter impeditos: ergo non est rejicienda.

Denique; si quis contraheret cum infideли, sub conditione: *Si convertatur ad fidem*, valeret contractus, ut habetur l. 4. tit. 4. partita 4. quia conferetur in tempus habile, quāvis eo tempore sit inhabilis ad contrahendum cum infidelis.

Atque hoc sit fundamentum Conclusi: quod videlicet, licet si impediti, pro tunc sint inhabiles ad absoluē contrahendum Matrimonium, adeo ut si absoluē contraherent, nihil omnino efficerent, & forent excommunicati ex Clement. un. de Consanguinitate; equidem pro tempore, quo advenit dispensatio, revera sunt habiles, & pro hoc solo tempore, censentur nunc contrahere, sub conditione dispensationis; cumque conditio sibi poneat, & adiusta ratio ponendi, cur non oriatur obligatio expectandi eventum conditionis? Et per consequens, quare, adveniente conditione, contractus conditionatus non translat in absolum; sicut quando personæ ex nunc habiles, apponunt conditionem, tempore futuro implendam? Non video sufficientem rationem dispartis, dummodo illa conditio: *Si Pontifex dispensaverit*, verè sit honesta & possibilis, ut suppono esse ex ante dictis.

Dices: disparitas est, quod hæc conditio, quāvis honesta & possibilis, equidem difformis legi communī, quia prohibet illas nuptias; jam autem melius est, inquit Henrīquez l. 12. de Matr. c. 10. n. 4. conformari legi communī, quā sequi privatam dispensationem; præterim abhinc condigna causa impetrata.

Respondeo Sanchez sup. disp. 5. n. 13. melius esse conformari legi communī, quando non est aliqua obligatio, licet contracta, ab ea recedendi, qualis est præmissio Matrimonii (aut ipsum Matrimonium) inter impeditos, præmissa conditione: *Si Pontifex dispensaverit*. Sicut jure communī contenditibus circa beneficium, minimè licet de pensione danda pactum inire, quod tamen pactum semel intitum sub conditione: *Si Papa consenserit*, obligat quidem, & neutri contrahenti, altero invito, relilere licet!

Urges: dispensatio Pontificis non potest facere, quod Matrimonium, antea invalidum, fiat validum, sine novo consensu. Respondeo: concedo: torum: Sed nunquid id facit in casu proposito? Minime! Quid ergo? Tollit impedimentum, & ponit in esse con-

*Quid hic sit  
Papam dis-  
penfare.*

188.

*Alia obje-  
ctio.*

*L. 83. ff. de  
Usucap.*

189.

*Sed hæc quidem  
Verb. oblig.*

*Dicitur ex  
Pontio.*

ibi:

Disput. 11. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

554 ibi: Et cum patronus liberto certam pecuniam legasset, si à liberis ejus non discessisset: permisit Imperator, velut Micianam cautionem offerri: fuit enim periculorum ac triste, libertum, coniunctum patrum liberis, eorumdem mortuorum exceptare. Porro non est periculorum aut tristis expectare dispensationem Pontificis. Neque hæc dispensatio est impossibilis, ut superius ostendimus, cur ergo contractus sub conditione illius dispensationis non valeat?

190.  
Regula de  
conditione  
impossibili  
non procedit  
in foro inter-  
no, ex Aver-  
ja.

Atque ut esset impossibilis, regula de conditione impossibili, ut videlicet pro non adjecta debeat haberri, non procedit in foro interno, in quo nunc loquimur; sed procedit tantum in presumptione fori externi; quia illa conditio reputatur, veluti joco, & non serio atque ex animo apposita. At in hoc deficit etiam hæc presumptione: quia cum personas impeditas seiant, se non posse absque dispensatione perficere Matrimonium, presumi deberent verè & ex animo illam conditionem apponere, & nequaquam intendere, tunc absolute contrahere. Ita Averja hic q. 5. lect. 2. §. *Quorum aliqui*, in fine.

191.  
Probatus op-  
positum Con-  
clus. ratione  
ex Aver-  
ja.

Quia autem hic Author docet oppositum nostræ. Conclu. idè §. sequenti conatur istud propriæ, ut ait, ratione probare, quæ talis est: Hæc est vis impedientorum dirimentium Matrimonium, & legis statutis hæc impedimenta, ut illis stantibus, personæ sint inhabiles ad contrahendum, eorumque consensus sit vanus & inutilis: ergo nec etiam valet sub conditione dicere: *Si habiles erimus*, sive cum limitatione: *Pro quando habiles erimus*. Consensus urilis & validus, non solum debet referri ad casum & tempus habitabilitatis, sed debet proferri à persona habili & legitima. Ecclesia habet pro nullo & irrito contractum præstitum à personis, vel cum personis, inter quas statuit, se valeat Matrimonium. Igitur contractus inter personas impeditas, quævis sub ea conditione; *Si auferatur, impedimentum*, verè non sufficit ad conjugium, dum adimplebitur conditio: *sed ex integro* & de novo debet præstari consensus & iniiri contractus. Hæc ille.

192.  
Sed peir.  
principium

Sed manifestè petit principium: hoc enim est quod queritur, an tanta sit vis impedientiorum Matrimonii, ut illis stantibus non possit quis licet & validè contrahere, etiam sub conditione ablationis impedimenti. Hoc ergo probatum oportuit, non suppositum; oportet, inquam, ostendere, Ecclesiam sic instituisse sua impedimenta, ut pro nullo habeat consensus præstitum, etiam sub conditione dispensationis.

193.  
Alina arg.  
ejusdem Au-  
tor, ab in-

Ostendo, inquis, ab inconvenientibus, quæ sequuntur ex adversa sententia. Matrimonium debet contrahiri coram Parochio: sed assistentia Parochi utique non spectat, nisi ad

personas fideles & baptizatas, plane ergo detur inconveniens dicere, valere Matrimonium viri fidelis cum muliere Judea sunt. *ad 196.* gana sub ea conditione, apposita à uxore: *Si baptizeris*: ita ut non oportet, ita simpliciter coram Parochio contrahiri tizata muliere.

Rursus nescio, an ullus admittet, valere Matrimonium viri nunc conjugati, si altera muliere contrahat dicendo: *Si uxor, ex hac aegritudine, sive inrratione, renuntiat*; ita ut neccesse non sit, deno simpliciter contrahere post mortem uxoris. *ad 197.* Nodico, quando interim committit adulterium hac muliere, ex quo oritur impedimentum criminis; sed ut per solum contractum absque ullo interim peccato, faciliter se accipere in uxorem.

Imo ex opposita sententia sequuntur: *Si iam cum impedimento criminis possit contrahere*, addendo alteram conditionem. *Si Ponsifex dispenseat*: & ubi presumitur, *uba futuro inducit impedimentum*, *valere contractus per verba de responde*, *textu conditionis adjunctor, quod in* *ri non potest.*

Item sequeretur: valere Matrimonium per verba de responde, non impedita adiecta conditione: *Si & quod par-  
amos attingerimus*, aliaque similia considerari possunt. Huculque *§. Confirmatur.*

Credo ego, quod si alia similia considerare potuerit, hec ipsa premissa. Quæ autem expeditissima furda, expendamus, an reverentia principio ab ultimo absurdum, & sic dicimus, nunquam invalidasse Matrimonium, per verba de responde, pro tempore pubertatis, sed tantum Matrimonium absolutum & perfectum, non impubertas non sit impedimentum, iure naturæ, ut suo loco diffundatur, hinc nullatenus absurdum elidere, non impuberis conditionum vel tempore pubertatis, sive adveniente, que te, sine novo consensu, nisi prior ad contractatus.

Si autem querarur à me, an latitudine priore conensem retractare? Responde affirmativè: si enim licet possit in sponsalibus de futuro, ita statuerit Ecclesia, ut tali via succurreret imbecillantiatis, & immaturity deliberatione, quædam statuerit de Matrimonio conditionem, ad minus habet rationem sponsalium, sive rim si adipisci pubertate statim non resiliat, sine novo consensu, secundum nostram præceptam, jam est absolutum & perfectum Matrimonium, absque ulla absurditate. Atque *ad 198.* de ultimo absurdo.

Venio ad primum; & nego, assistentiam Parochi tantum spectare personas fideles & baptizatas. Quis ergo spectat? Omnes, quæ contrahunt Matrimonium, quod dum perficietur, erit verum Sacramentum, sive modo, quando inchoativè contrahunt, sive baptizati, sive non. Ratio est; quia Parochus assistere debet omni Matrimonio fidelium; hoc autem est Matrimonium fidelium, cum antequam Matrimonium perficiatur, vel hoc ipso quod perficitur, ambo sint baptizati, quos Ecclesia potest & debet impetrare in calu, quo alter, vel ambo vellent aliud Matrimonium contrahere: ergo eriam ad hoc Matrimonium requiritur assistentia Parochi, ut alii viâ melius possit Ecclesia aliud Matrimonium impetrare. Et verò quæ absurditas in hac doctrina?

Quod attinet ad secundum absurdum; ius naturæ dicit, valere promissionem viri nunc conjugati, si alteri mulieri promittat Matrimonium, dicendo: *Si mea uxor ex hac exaudiatur, sive intrâ mensem moriatur, ita ut necesse non sit, denudò simpliciter promittere, post mortem uxoris.* Quod ergo inconveniens, si admittatur, in eisdem circumstantiis valere Matrimonium conditionatum? Imò Omnes admittere debent valere, qui docent, illud Matrimonium non habere nisi rationem sponsalia, nisi aliquid aliud obsteret.

Dices ex Aversa sup. §. *Et ad fundatum; benè potest esse, ut quis sit inhabilis & impeditus ad contrahendum, non tamen ad promittendum, pro quanto erit habilis & expeditus.* Neque sequitur; si Ecclesia inhabilitavit ad contrahendum, constitudo impedimentum dirimens, inhabilitasse etiam ad promittendum: vel si reliquit in libertate ad promittendum, reliquisse etiam ad contrahendum. Et ita patet manifestè in imponibilibus, qui possunt quidem promittere & inire sponsalia, non tamen possunt tunc contrahere & inire Matrimonium.

Respondeo ut supra: impuberis non solum sponsalia, sed etiam Matrimonium conditionatum posse contrahere; cum iura tantum loquantur de Matrimonio absolute & perfecto, sive omnino indissolubili, id est de propriè dicto Matrimonio; idque quia Matrimonium conditionatum non magis repugnat libertati contrahentium, quam sponsalia, cum ex eisdem causis possit dissolvi, ut sup. diximus: tantum in hoc differentia est, quod post sponsalia requiratur consensus novus de praesenti, secus post Matrimonium conditionatum, eveniente conditione. Quæ ergo major & inconvenientia in uno, quam in alto casu?

Sed neque magis absurdum est aut inconveniens, quod aliqui impediti criminis, con-

trahant de praesenti, sub conditione dispensationis, quam impediti consanguinitate. Et nientes.

quid miramur, quod promissio per verba de futuro inducat impedimentum, valeat autem contractus per verba de praesenti, praetextu conditionis adjunctæ? Quippe & ipsa promissio valereret, si feret sub simili conditione; quod autem abfoluta promissio non valeat, ratio est manifesta; quia ipsa est, quæ una cum adulterio inducit impedimentum, adeoque pro objecto suo, seu re promissa, habet peccatum, scilicet Matrimonium irritum, quod secus se habet, quando adjungitur conditio dispensationis. Itaque propter hanc, quæ sequuntur ex nostra sententia, non est ab ea recedendum.

Quam utique Sanchez sup. disp. 5. n. 15. 200. putat esse veram, licet consanguinei, dan- Sanchez pos- tes sibi fidem de Matrimonio contrahendo, tan- Conclus. aut de praesenti contrahentes, sive secundo esse veram consanguinitatis gradu conjuncti. Quamvis in con- enim (inquit ille) difficile soleat Pontifex quinies 2. dispensare in hoc gradu; at sive ex causa gradus. justa dispensat.

Sic Navarrus lib. 4. Confil. tit. de Con- An Navar. sanguinitate, Confil. 5. 2. editionis n. 9. ubi docuerit 3. ait: Visis supradictis, quæ prudenter & eru- hanc senten- ditæ sunt perspicua & citara, & aliquot alios, tiam. arbitror partes Reverendiss. Episcopæ, de- clarare quidem, nullum extare Matrimo- nium inter præfatum juvenem, & præfata puellam, juxta petitionem præfati juvenis; teneri autem eum, ad contrahendum Ma- trimonium cum illa, si S. D. N. placuerit dilpenfare super præfata impedimento con- sanguinitati, gradus secundi, tenerique ad procurandam bonâ fide præfata dilpenfa- tionem, & ad acceprandam, si ea per præfa- tam puellam vel per procuratores suos fuerit obtenta: & calu quo non potuerit obtineri, obligatum est ad dorandum eam arbitrio boni viri: impensis autem, quæ in dispensa- tione impetranda factæ fuerint, ab utraque parte solvendas esse, sive ipse, sive ipsa eam obtinuerit. Hæc ille.

explicat seu dirimit hanc controversiam *Sententia*  
Averla suprà §. Sed hæc res, ubi sic scribit: *Averla de  
Sed hæc res plane dependet ex contrahen-  
tium sensu & intentione. Si enim intende-  
bant, si patri placeat intrà certum tempus,  
v. g. diem vel mentem: satis erit si intrà id  
spatum obtineatur patris consensus, quā-  
vis post plures repulsa. Vel si intendebarant,  
si patri placeat, prout morali & prudenti mo-  
do possit electi pater ad consensum, sicut in  
aliis humanis negotiis accidit; sic etiam latet  
erit, si intrà breve spatum, quāvis post  
aliquam vel alias repulsa obtineatur pa-  
tris consensus. Et pro hac parte faciunt*

566 ca, quæ pro priori sententia allata sunt.

262. Secunda.

Si autem intendebant, si patri statim atque res proposta fuerit, sponte placeat: sic fanè per primum patris dispensum evanescet conditio & contractus; deberentque denuò contrahentes illum renovare, si pater postea flectatur ad consensum, & ipsi in eodem proposito perseverent. Et pro hac parte faciunt alia, quæ pro altera sententia allata sunt.

Tertia.

Quod si dubium sit, quænam fuerit mens & intentio contrahentium, standum videtur corum dicto & explicacioni: siquidem eorum verba in contrahendo fuerunt ambiguæ, quæ unam vel aliam interpretationem ex dictis admittere possint, debetque amborum consensus integer & completus concurrere. Et adhuc si ipsimet, vel eorum alter dubitent de sua prima intentione, inclinandum potius erit in Matrimonio favorem sicut & in aliis dubiis. Hæc ille.

263. Iudicium

Autoris.

Rogas, quid ego sentiam? Respondeo: planè hanc rem dependere à voluntate contrahentium, quæ, quia ordinariè dubia est, nisi expressis verbis declaretur, hinc ordinariè valor hujusmodi Matrimonii aut sponsalium dubius est, quando pater primò dissentit, licet postea consentiat. Ut autem superius latius explicavimus, in dubio videatur presumendum pro Matrimonio; arg. I.

L. 80. ff. de Verb. obl.

Quotiens in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto sit. Et l.

L. 12. ff. de Reb. dub.

Rebus dubiis: Quotiens in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat quam pereat. Similiter loquitur Jus Canonicum Cap. Abbate, de

C. 25. de Verb. sign.

Profectio sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potius, quam perire. Ergo quando in casu nostro omnibus consideratis manet dubium, quid contrahentes per illa verba: Si pater consenserit, voluerint significare, sic intelligenda erunt, ut res, de qua agitur, id est, Matrimonium vel sponsalia, valere possint potius, quam perire.

264. Quid si pa-

ter coram intermuntio prius con- senserit, & ante responsum contra- hentibus re- latum dis- sentiat. Dicastillo.

Sed quid dicendum, si prius pater coram intermuntio consenserit, & antequam referat responsum contra- hentibus, dissentiat? Secundum nostra principia liquet palam, Matrimonium valere, quia conditio vere fuit impleta, per quam impletionem, et si ignorat contra- hentibus, contractus conditionalis fuit purificatus. At vero juxta Aliorum principia, quæ suprà exposuimus, putat Dicastillo sup. n. 34. nequaquam resultare obligationē sponsalitiam. Ratio ejus est; quia contrahentes consenserit voluisse adesse consensum patris pro contrahendo Matrimonio tempore, quo Matrimonium

contraheretur, qui consensus jam non addi- eo ipso, quod pater primò consentiens tam intermuntio, subinde differat, cum enim jam deficit esse consensus pro celebra- tione Matrimonii.

Si dixeris, ille dispensus supervenientis non potest impediti valorem contractus finalitatis, jam absoluti per impletionem conditionis, nempe alessus prius prefatis. Respondet Dicastillo n. 36. præcisus est reg. 44. de ex eo capite, quod pater secundo differt. Reg. 44. de non posse impediri absolutam obligacionem contractus sponsalitii, quæ pro illo inter- dio tempore inter alienum & difformem resultavit, purificata conditione, quæ mens contrahentium fuit, ut Hippolytus nonquam obligari ad contrahendum Matrimoniū, nisi existente consensu, quando contraheretur, hinc est, utrum- to consensu praecedentem per novum offi- sum, & tali modo dispensu perfervat. si que alioquin contractus novo, nulli obligatio contrahendi, cum maledicto negari ad contrahendum Matrimonio, nisi consentiente patre in Matrimonio, quæ men jam non consentit. Hoc.

Sed quid, si post dispensum, pater resolu- consentiat, & in illo contento perfervat. Videlur quod resulteret obligatio, quæcum voluerint obligari ad contrahendum Matrimonium, patre consentientem, trimonium, qui jam consentit. E iterum dissentiat, & iterum consen- fessio pro libitu patris posse facili- vi, & iterato obligari. Non rite- venienter dici, cum sic nuncunca di obligatio foret firma, ut quæ monium esset contractum; ut illam suisse intentionem contractare, voluisse se obligare firmiter ad contrahendu- dum Matrimonium, postrum ven- bendo consensum fuisse funda- cion; tunc enim conditio fuit admis- per consequens, contractus condi- purificatus. Sicut ergo si à principe- lute contraxissent, putantes sum- monium placere patri, manent spon- salia, tametsi poftea patre diffor- quidni similliter firma maneat puri- consensum patris? Impetus tibi prudenter consenserit.

Si autem à me queratur; an si pa- sciens, nec consensum, nec diffidens- mat, censeatur extare conditio, ut pote- deficerit, & ex consequenti, Matrimonium aut sponsalia absolute valeant, vel possi- ficiant? Constat, inquit Sanchez, quod si sint conjectura, id est tacere, quæ dif- ficit, habendam esse taciturnitatem po- sensu: & si sint conjecturae id est tacere, quæ placent tibi, habendam esse pro officio. Por-

in dubio existimat idem Author cum Aliis, quos citat, verius, sat esse eam taciturnitatem, ut censeatur impleta conditio: satis enim in specifica forma impletur: qui huc tendit ea conditio, ne pater contradiceret ac ægrè ferret; id enim intendunt filii, sub ea conditione contrahentes: at quævis taciturnitas non indicet expressum consensum: at indicat saltem, patrem non negare nec contradicere, iuxta Reg. 44. de Reg. juris in 6. *Is qui tacet, non fatur, sed nec utique negare videtur.* Et consequenter nec ægrè ferre, tunc enim id exprimeret; ergo impletur conditio. Ita Sanchez n. 12.

Interim non desunt, qui oppositum defendant. Et probant Primo; quia conditio debet impleri in specifica forma, 1. *Qui hæredi, 44. §. 1. & l. Mæcius, 55. ff. de Condit. & demont.* Ergo ea conditio: *Si pater consenserit,* debet verificari in specifico & vero consensu.

Respondeat Sanchez suprà n. 14. satis verificari in specifica forma; quia sensus est, nisi pater contradixerit, & dum tacer, satis non contradicit.

Probant 2. quia qui tacet, nec fatur, nec negare videtur, Reg. *Is qui tacet, sup. alle-*gata: ergo tacendo non impletur conditio: *Si pater consenserit,* quæ positivum consensum desiderat.

Respondeat Sanchez sup. fateor non esse signum expressi consensus: at esse signum, patrem non negare nec contradicere, ut affirmat ea regula, quod satis est.

Probant 3. quia facta non præsumuntur, nisi probentur; c. *Cum in jure, 31. de Offic. deleg.* cùm ergo consensus ad factum pertinet, non præsumetur ex taciturnitate, nisi proberetur.

Respondeat Sanchez suprà: nullum factum, nec consensum in hoc casu præsumi, sed taciturnitas est in jure signum non contradictionis, quod satis est, ut ea conditio vera sit.

Planè, inquit aliquis, id satis est, si illa conditio solum significet non repugniam; sed hoc negant Adversarii, & contendunt significare positivum consensum. Et sanè sic est; propriè & in rigore verborum. Unde & hic recurrentur est ad intentionem contrahentium. Si enim (inquit Averfa suprà §. *Uteriam*) solum intendebant, si pater non contradiceret, firmabatur contractus. Si intendebant, si pater laudaret & approbaret, solvetur contractus. Et ex circumstantiis quoque rerum & personarum aliisque signis, si illud silentium indicet consensum, firmabitur contractus, si dissensum solvetur. In dubio autem sive de mente contrahentium, sive patris rogati, inclinandum est in favorem Matrimonii. Hæc ille.

Et Dicastillo suprà n. 38. Hæc, inquit, doctrina (loquitur de sententia Sanchez) *fa-*

*Opposita* *sententia* *Sanchez est* *probabilis,* *sed indiget* *dispositione.* *Dicastillo.*

tis probabilis, sed consideratione adhuc indiget, imò & distinctione. Nam ex aliquibus circumstantiis discerni potest & debet, an sufficiat juxta mentem contrahentium, quòd pater non repugnet, vel requierint assensum; tum, an illa non repugnatio patris non proveniat vel ex odio irâve, concepta ex ejusmodi intentato Matrimonio; vel ex eo, quòd velit indè ansam captare, ut in distribuendis bonis, minorem erga talēm filium ostendas amorem, & sub iis aut similibus respectibus respondeat: *Ego non repugno, nec me interpono in hoc negotio, faciant illi, quod sibi placuerit,* & scit non meo consilio, ita nec resistentia. In his sanè & similibus casibus, prudentis arbitrio discernendis, vel censetur virtualis repugnatio patris, vel censetur filius non solum patrem velle habere non repugnantes, sed etiam assentientes; idque maximè (ut sapè fit) quando contrahentes sub ea conditione simul traerunt de aliquibus petendis aut accipiens à patre; tunc enim satis significant, velle non solum illius non repugnantiam, sed consensum. De cætero probabilem puto, & in praxi servandam prædictorum DD. (intelligit Sanchium, Coninck, Perez & Alios) sententiam. Hæc illa.

Bene autem notat Sanchez sup. n. 13. ex Adriano 4. q. 3. de Matr. dub. 3. secūs esse, Quid si con-

ditio esset: *Si pater dicat se consentire;* tunc enim non satis esse: taciturnitas, sed oportet, ut pater exprimeret consensum.

Ex quo infero ego: Si pater moreretur, ante notitiam aut responsum, Matrimonium aut sponsalia non subsistere; quia deficit conditio, quia jam mortuus nequit exprimere suum consensum.

Quid ergo, inquis, si jam obierat, quando conditio illa apponetur? Respondeo: vel id probè noverant contrahentes, & tunc probabilis nobis videtur cum Sanchio sup. n. 19. haberi eam conditionem; tanquam non adjectam, eò quòd est impossibilis, & ita manere purum Matrimonium aut sponsalia; quia supponitur joco apposita. Aut si serio adjecta fuit, liquet ex dictis hæc Conclusum. Matrimonium aut sponsalia non valere, defactu consensu, quævis in foro externo præsumeretur validum. Vel contrahentes ignorabant mortem, & tunc conditio se habet apud eos ut contingens, quæ non verificatur, atque ad eò contractus non est validus, etiam in foro externo, cùm tali causa conditio impossibilis non habeatur pro non adiecta, ut patebit ex Conclusione sequenti.

Secundum dicendum, si solum intendebant contrahentes non repugnantiam seu offenditionem patris; quia qui jam non est, non re-

pugnat,

273. *Quid si pa-*  
*ter obierat,*  
*quando con-*  
*ditio appo-*  
*nabatur?* Sanchez.

274. *Quid si pa-*  
*ter obierat,*  
*quando con-*  
*ditio appo-*  
*nabatur?*

568 pugnat, aut offenditur; ergo tali casu valet contractus, quia ponitur conditio, id est, pater jam non repugnat aut offenditur tali Matrimonio aut sponsalibus, quod solum contrahentes intendebant, ut supponitur. Hæc credo sufficient pro explicacione seu intellectu hujus conditionis: *Si patri placeat, aut, placuerit aliquando, vel certe, aliquando placet.*

275. Quomodo quando in iuri debeat alia conditiones, que solent apponi in aliis contratu ex Pontio.

Quomodo autem, aut quando impleri debant aliae conditiones, quæ solent apponi in testamentis, & aliis contractibus, nolim hic accutare explicare, ne opus nimium excrecat, intermissione nimis multa extranea. Videri poterit Basil. Pontius lib. 3. cap. 16. ubi in principio sic ait: *Res difficilis in jure civili, si qua alia, & quæ non uno comprehenduntur aut continetur loco.* Nos ex politioribus juris Interpretibus colligemus nonnullas regulas, & ad institutum nostrum accommodabimus, illis relinquentes, quæ ad penetralia juris civilis in testamentis, hereditis institutione, legatis & fideicommissis spectant, in quibus non paucæ, neque parum difficiles sunt juris dispositions, & in speciem repugnantes.

276. Prima regula: In sensu, modo, tempore, & alia implende conditionis potiores partes sunt voluntatis disponentis, aut contrahentis. Matrimonium, si de illa constat. Secunda: Quando non satis constat de mente testatoris, verbis inhærendum, & ad eorum sensum & formam attendendum, alias conditio non impleta censetur, quamvis cunctum effectum habere videatur. Tertia regula: Quando conditio non potest per omnia exactè impleta secundum verba, eatenim impleta est, quatenus possit, & si secundum subtilitatem verborum impleri non possit, impleta aliquo modo prout testator, vel contrahens sensisse videbitur.

277. Quarta: Contrahetur secundum, si ea conditio pendet ex eventu, ut: *Si navis ex Asia venerit, tunc impletur, cum eventus ponitur.* At vero si conditio sit in potestate contrahentium, vel hereditis, aut legatarii; in testamentis testator mortuo impleta erit: at in contractibus accipienda est quam primùm possit, ut: *Contrahetur secundum, si decem dederis; si Capitolium ascenderis, intelligitur tempus implendæ conditionis, quamprimum possit, exemplo sumpto ex legatis, l.* Hæc conditio, 29. ff. de Condit. & demonstr.

278. Quomodo res se habeant in institutionibus hereditum, in quo satis est, si aliquo vitæ tempore ascendat. Nam cum legatario semper commodum sit, & lucrum, legati acquisitio, non est cur tempus implendæ conditionis

prorogetur. At heredi potest effidemus hæreditatis aditio, & idem tempore, nō cōsiderandum confilium, opus est. Ne autem nos dicimus, ut hoc in longissimum tempus, partes ceteræ esse: Prætoris, ut ei præsumat tempus implanzationis.

At quando conditio consistit in spondendo, cum ad sui impletionem exiguum vitæ tempus, expectandum est tempus mortis, licet in legatis & testamentis excoxitata sit Muriana cautio, l. Matron. de Condit. initit. quæ sub cautione praetens, se non facturum, bona comparet. Matrimonio autem ea conditio docimur habet, & rejicitur tanquam impossibilis quando conditio ponitur impletanda cum quo contrahitur, ut: *Contrahetur, Capitolium non ascenderis.* Rejicitur et contractus iste post mortem, quo tempore impossibile est contrahere.

Quamvis verius dicetur, quod imputationem in Matrimonio efficit etiam instantiam Matrimonii. Quod in hac docuit Rebello l. 2. de Matr. a. 1. f. 3. n. 18. in alio simili dicens: *Quoniam est negativa, quæ non fit limitum tempus, per se extenderit ad mortem.* Dicendo enim: *Si Romam noncumque tempore es perget, non dito: quare ad ejus veritatem ut is pro tota vita nunquam posset.*

Si ergo talis conditio apparet in suspensionis, ita ut contrahentes non perficerent contractum, nisi impletur conditio, sic plane contractum nullus. Nam expectare operari vitam, & contractus pertinet ad mortem, quæ certe non perficitur, sed omnia conjugium. Idemque efficitur contrahere, ac dicere: *Accipio ut non possem post mortem tuam, qui plane nullus contractus. Et ita sumitor ex India oblig. § 5. ibi: Si quis ita stipulatus est, ut ipotoliū non ascenderet dñe spōtū inde erit ac si stipulatus esset, competrēt.*

Quod si illa conditio apponatur in obligationis, utpote: *Contrahetur secundum conditione seu pacto & obligatione, ut non Romam perget;* tunc quidem statim solutæ contractus, sed remane obligatio adimplendi ralem conditionem, dum possibilis & honesta sit, sicut de aliis hypothesis conditionibus & pacis. Hæc illa

Plura de hac materia vide apud Pontium loco suprà citato. Item cap. 17. ubi quæritur; Quando conditio non impleta, habetur pro implera, & in fine sic discurrit de hac conditione: *Si pater consentiat. Ultimò, inquit, colligitur quid dicendum sit, quando ea conditio apponitur: Contrabo tecum, si pater consentiat, aut, de consensu patris, vel, arbitratu, vel confilio. Suppono enim, quāvis ea conditio ab aliquo apponi non possit, attamen ab ipsis contrahentibus apponi posse.*

Et iuxta tradita dicendum est, si pater quando contractus eo modo celebratur, decesserat, purus est contractus, & quod rejecitur ea conditio, ut impossibilis, iuxta dicta. Quod verum est sive contrahentes sciant, sive ignorant patrem decessisse, juxta ea, quæ de conditione impossibili, cognitæ ut possibili, suprà dicta sunt. Si autem post contractum decessit pater, antequam ejus consensus exquireretur, non est impleta conditio, & licet unicuique recedere iuxta suprà dicta. Si autem requisitus pater, nolit confilium aut arbitrium præbere, existimo impletam conditionem, ut in simili dictum est. At si primò renuat confilium præbere vel contensem, & postea consentiat, jam primò paruerunt conditiones, neque tenentur postea contrahere, cùm placet, ex vi prioris contractus, nisi iterum consensus renovetur. Hæc illæ, juxta sua principia.

Nos autem quod primo loco dicit, existimamus non esse verum, quando contrahentes ignorant patrem decessisse, ut patet ex dictis, & amplius patet ex dictis Conclusionis sequenti de conditione impossibili.

Tantum præmitto probationem ultima partis præsentis Conclusionis: Qui pendentia conditione &c. Ita expressum habetur cap. Per tuas, de Condit ibi: *Consultationi tua taliter responderemus; quod cum liquido constet, quod post contracta sponsalia, carnis est inter eos copula subsecuta, pro Matrimonio est præsumendum, quia videtur à conditione apposita recessisse.*

Ubi Gloss. verb. *Præsumendum*, sic objicit: *Sed quare præsumitur istum recessisse à conditione, quia non est præsumendum aliquem recedere à jure suo, sup. de Renunt. Super hoc, cum præcedens consensus durare intelligatur, arg. sup. de Bapt. Majores, in fin. Et ex eo quod primò & ultimò contradixit, præsumitur, quod medio tempore non consentit, 26. dis. Quia sunt culpe, & sup. de Celebrat. Miss. Cùm Martha, vers. Si tunc igitur in calum. Et 1. quæst. 1. Judices, in fin. & præcedens voluntas patet*

per sequentem, 34. quæst. 1. Cùm per bellicam.

*Præterea, si pendente conditione res tradatur, & possea non existat conditio, res tradita repetitur, ff. de Condition. Unde sub conditione, ff. de Peri. & comm. rei vend. Quod si. Præterea, conditionalis consensus nullus est ante conditionem extantem, ff. de Verb. sign. Cedere diem. Si ergo nullus præcessit consensus, solus coitus Matrimonium non facit, inf. tit. prox. cap. ult. Hucusque objections.*

Accipe nunc responsem Glosso. Dicas ergo; quod consensus præcessit de futuro, ita Responso. patet in fin. quāvis per verba de præsenti expressus, suprà cap. proxim. & ita carnalis copula subsecuta inducit Matrimonium præsumptum, suprà Spons. Is qui, & sup. cod. De illis, & sup. cap. proxim. & favore Matrimonii inducta est, bac præsumptio: quia per carnalem copulam ipso facto videtur consensum exprimere de præsenti, & à conditione recedere: sic per puram conditionem receditur à conditionali, ff. de Contrah. empt. Sed Cellus, §. ult. Hucusque Glosso.

Breviter dico: Sicuti copula subsequens sponsalia inducit præsumptionem consensū matrimonialis de præsenti, ut diximus Section. 3. Conclusionē 5. quia non præsumitur quis voluisse peccare, quando potuit non peccare, exercendo eundem actum; sic itidem in præsenti casu, cùm possit non peccare, recedendo à conditione, & affectu absoluto matrimoniali ipsam cognoscendo, præsumitur id fecisse.

Sed quid, interrogat Glosso. sup. si ante coitum protestetur, se nolle recedere proper hoc Quid si a conditione? Relpondet; *Nec illud prædest liquis ame copulam protestetur, se nolle recedere à conditione.*

Quod ego intelligendum puto de præsumptione fori externi, quando deficit probatio istius protestationis. Num in foro interno nullatenus potest esse Matrimonium, proper defectum consensū, quem Ecclesia non potest supplere. Immd si in foro externo posset probari ejusmodi protestatio, existimo, quod non præsumetur recessisse à conditione.

Audiamus Glosam in cap. Cùm M. verb. Sine prejudicio. Hic, inquit, non prædest protestatio: quod est verum, quando est contra substantiam facti vel rei, super qua sit; ut si protestatus fuisset, cum recipere aliquem in Canonicum, ut non haberet præbendam, quæ est substantia negotii: quia qui receptus est in Canonicum, non debet carere præbendā, ut infra de Præbend. cap. Relatum. Si vero protestetur sic, quod ea, quæ dicit, non dicit animo contestandi item: talis bene valet. Io. inf. CCC de

570 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.  
de Appellat. Sollicitudinem, & infra de Cens.  
cap Olim cauam. Et post pauca sic ait ea-  
dem Gloss. Protestatio non valeret, ubi prote-  
stans per contrarium factum directe obviat sua  
protestationi, ut in dictis decret. c. Solicitu-  
dinem, & cap. Olim cauam, nisi hoc ficeret  
justa de causa, ut in dicto cap. Perlatum.

286.  
Videtur pro-  
testatio va-  
lere.

Cur ergo non valeat protestatio, quæ fie-  
ret ante coitum in casu proposito? Non  
enim est contra substantiam facti vel rei,  
super qua sit; neque protestans per contra-  
rium factum directe obviat sua prote-  
stationi, cum coitus non sit infallibile signum  
consensus matrimonialis de praesenti,  
quamvis in casu proposito presumatur esse  
tale signum, quia non presumuntur co-  
entes velle peccare; cum autem facta  
ili protestatione clare constet, eos velle  
peccare, nullatenus talis coitus est signum  
absoluti consensus matrimonialis de praesenti.  
Veluti si contrahentes sub conditione  
impossibili protestentur, se nolle aliter con-  
sentire, nisi ea conditione eveniente, vi-  
tiatur Matrimonium; quamvis aliquo se-  
clusa illa protestatione, conditio ista ha-  
beretur pro non adiecta, & valeret Ma-  
trimonium, ut patebit ex Conclus. sequen-  
ti, quæ talis est:

### CONCLUSIO VIII.

Conditio impossibilis aut turpis,  
adiecta Matrimonio, rejici-  
tur.

287.  
Conditio  
impossibilis  
triplex est  
per natu-  
ram, iure, &  
facto.

Conditio impossibilis quedam est per  
naturam impossibilis, ut: Si celum  
digito tetigeris. Quædam iure impossibilis,  
quando scilicet jus oppositum juber, ut:  
Contraho tecum, si liceat inter consanguineos  
contrahere. Quædam est ipso facto impossi-  
bilis, ut, si quis pauper dicat: Contraho  
tecum, si centum mille aureos in dotem dederis.  
Quædam est natura sua impossibilis, at  
ex accidenti, aut ex lapsu temporis est im-  
possibilis, ut: Contraho tecum, si es virgo, vel,  
Si pater tuus adhuc vivit.

288.  
Duplex est  
conditio tur-  
pis, contra &  
non contra  
substantiam  
Matr.  
Canisius.

Sed & conditio turpis duplex est, quæ-  
dam contra substantiam Matrimonii, de  
qua hic non tractamus; quædam autem  
non est contra substantiam Matrimonii, ut:  
Contraho tecum, si furturn feceris; si homici-  
dium feceris; de hac impræsentiarum agi-  
tur, & dici potest iure impossibilis, ut be-  
nè notavit Canisius in Reg. 6. de Reg. juris  
in 6. ibi: Impossibilitas duplice ex capite  
origi solet, aut quia natura impedimento  
est, aut quia jus vel boni mores vetant, ve-

luti rem sacram vel religiosam dari; I. Co-  
tinus, 137. ff. de Verb oblig & Casu que  
aut si furti aut alterius delicti nomine po-  
missio fiat, I. Si plagi, 123. eod. 123. 191.  
hæreditis institutio, aut legatum à reliquo  
ita relictum sit; Si parentibus alimenta re-  
praesiterit; si ab hospitiis patrem nos relata  
rit. Conditiones, 9 ff. de Condit. instit.  
facta ( inquit eleganter Papinius) ga-  
duunt pietatem, existimationem, veraciu-  
stram, & ( ut generaliter dixeris) ge-  
contra bonos mores sunt, nec facere nos po-  
credendum, I. Filiis, 15. ff. de Con-  
dit. instit. Jonge & I. Neps Proc. 125. ff. de Ven-  
signif. Hæc ille.

Sed hoc interest ( prosequitur )  
conditiones impossibilis, que ultime  
luntatibus adjiciuntur, & que combi-  
bus, ut illæ institutionibus, legi, &  
deicommissis adiectæ, pro non legitime  
beantur, in favorem ultime voluntatis  
I. t. & I. Conditiones, 9. ff. de Condit. instit.  
siquidem in testamento plenior interpreta-  
tio adhibetur, I. In testamentis, 11. ff.  
Reg. juris; cum non facili credendum sit  
aliquem testamento suo aliud adjectum ed  
impugnandum idem iustus ( 1. 1. 1. )  
de Test. milit.

In contractibus vero impossibilis condi-  
tiones adiectæ, in firmari ipsam con-  
ditum; cum contractus non endet  
nitatis interpretationem à jure recipi  
potè minus favorabiles, cap. Ch. 6. in fin. extr. de Donat. Excep-  
monio, cui si turpis vel alii conditio  
possibilis adjiciatur, habent pro  
adiecta, & Matrimonium non  
etum intelligitur, idque in inventio  
Matrimonii. Nisi forte adiecta non  
est contra substantiam Matrimonii, &  
si alter dixerit contrahendum: Co-  
tecum, si generationem prolixi est  
donec inveniam aliam bonorum facie-  
diorem: aut, si pro quoque adiecta  
te tradideris. Etenim hæc conditiones  
monio prorsus adversantur. Hucusque  
nius.

Sed de his conditionibus in præ-  
Conclus. non tractamus, ut supra aste-  
de alius autem probatur Conclus. ex parte  
de Condit. appos. sequentis tenor. Condi-  
tiones contra substantiam conjugij inveni-  
..... matrimonialis contractus, quantum  
que sit favorabile, caret effectu. Lata  
conditions appositi in Matrimonio, & quæ  
aut impossibilis fuerint, debent, propter  
vorem, pro non adiectis haberi; hoc est, de  
bet centeri tale Matrimonium, ac si non  
fuerint appositi tales conditions; sed si non  
fuerint appositi tales conditions, tales Ma-

matrimonium fuisse itacum validum; ergo &  
nunc statim valet.

Quia autem ratione valere possit, istud  
hic disputatur. In hoc dubio, inquit Aver-  
sa hic q. 5. l. 4. res quidem ipsa, & lo-  
quendo in foro interno conscientiae, facilis  
est. Si enim is, qui contrahit sub condicio-  
ne, verè apud te non habet animum absolu-  
tè & simpliciter contrahendi, sed è expre-  
sione intendit potius denotare, quod sicut  
ea conditione evenire non potest, & certus est,  
quod non eveniet, ita ipse alienum est ab eo  
conjugio, sic reverà nullum est Matrimoni-  
um, nullus contractus: quia sine proprio  
contrahentis consensu constare non potest,  
nec Ecclesia poterat hujusmodi consensum  
ex se in favore Matrimonii supplere; nec  
oppositum è lege statuere.

Si autem non putabat conditionem esse  
impossibilem, sed possibilem; atque ad eò non  
habet absolutum diffensum, sed alliga-  
bat suum consensum illi conditioni, repu-  
tare possibili: tunc etiam dici debet, ex  
tunc nullum esse Matrimonium in se, quia  
in se certum est non eventuram condi-  
tionem, nec posse evenire: sed ad sum-  
mum dicetur manere suspensus contractus,  
in opinione sic contrahentis, sive manere  
suspensa ejus notitia de nullitate contractus,  
quoadutque certioretur de conditionis defi-  
cientia & impossibilitate.

Si demùm ille verè & ex animo intendit  
contrahere, & illam conditionem impossibi-  
lem non serio & ex intento apponit, sed po-  
tiùs joco & fictè, sic quidem valet, & ex  
tunc firmum est Matrimonium. Res, in-  
quam, ita se habet, & in hoc DD. omnes  
conveniunt, & ratio ipsa ita demonstrat.  
Hactenus Averla.

Et simili modo loqui possumus de condi-  
tione turpi; si enim is, qui contrahit, reverà  
non habeat animum absolutè & simpliciter  
contrahendi, sed suspendendi suum con-  
sensum à tali conditione, quam scit physicè  
posse evenire, & forte evenier, sic reverà  
nullum est Matrimonium, nisi conditio  
eveniat. Si autem putabat conditionem hon-  
estam, quæ reverà est turpis, jam constat  
suum consensum illi alligasse, adèdque  
tunc etiam dici debet, Matrimonium non  
valere, nisi reverà illa conditio eveniat, aut  
certè, nisi cognitè in honestate, consensus ab-  
solutè & simpliciter præstetur. Si demùm  
ille verè & ex animo intendit contrahere, &  
illam conditionem turpem non serio & ex  
intentio apponit; sed potius joco & fictè,  
sic quidem valet, & ex tunc firmum est Ma-  
trimonium.

Quid ergo intendit Pontifex Greg. 9.  
quando in dicto cap. fin. simpliciter dicit,  
hujusmodi conditions habendas esse pro

non adjectis, adeoque valere tale Matri-  
monium? Varii variè respondent, ut videre  
poteris apud Sanchez lib. 5. disp. 3. à n. 2.  
ipse autem, rejectis aliorum responsionibus,  
num 18. sic ait: Verus intellectus dicti Intellectus  
cap. fin. est: Omnes fideles dum Sacramen-  
ta recipiunt, consenserunt ea recipere, juxta  
Ecclesiæ intentionem; & dum contractus  
ineunt Matrimonii, & norunt conditionem  
esse impossibilem, eamque rejici ab Eccle-  
sia, & prò non adjecta haberit, sed præsume-  
re consensum esse purum & absolutum; vi-  
dentur velle pure contrahere juxta inten-  
tionem Ecclesiæ, & ut ipsa Ecclesia præsu-  
mit, & judicar tale Matrimonium, nisi alter  
explicit suam intentionem.

Supponit autem pro primo fundamento 294.  
hujus intellectus, conditionem impossibi-  
lem, reputatam possibilem, non rejici à con-  
tractu Matrimonii vel sponsalium, sed suum  
fortius effectum in utroque foro: unde, in-  
quit, d. 8. cap. fin. intelligitur, quando scie-  
bant contrahentes, conditionem esse impos-  
sibilem. Probatur: quia in testamentis, ubi  
conditio similis rejicitur, actus testandi sub  
conditione impossibili, quam testator impos-  
sibilem existimabat, est nullus. L. Servo ma-  
numiso, ff. de Condic. indebiti: Servo ma-  
numiso fideicommissum ita reliquit, si ad liber-  
tatem ex testamento per venerit, post acceptam si-  
ne judice pecuniam, ingenuus pronuntiatus est,  
indebiti fideicommissi repetitio erit.

Ubi Gloss. verb. Ex testamento, sic inter-  
rogat: Sed nonne conditio est impossibilis, &  
ita pro non adjecta habetur, & valet legatum  
& solutum non repetitur, ut Inst. de hered.  
inst. §. antepe. Resp. hic fuit apposita hære-  
di, hoc enim sonant hæc verba, id est, si heres  
cum manumiscribit, & sic non valet relictum,  
ut Inst. de Legatis, §. fin. & solutum repe-  
titur, ut hic. Vel dic, quod non est impossibilis,  
quantum ad opinionem testatoris, quæ inscri-  
tur hoc causa.

Respondet Pontius lib. 3. de Matr. cap. 3. 295.  
n. 12. cum quibusdam DD. quos citat, in An bñd  
casu illius juris defecisse conditionem: Si probetur ex  
ad libertatem ex testamento per venerit, quia  
per sententiam falsò ingenuus declaratus  
est, cum servus esset, ut indicat illud, Ser-  
vo manumiso. Quare idè fideicommissum  
defecisse consendum est, quia defecit condi-  
tio. Vel dici etiam potest, fuisse errorem in  
statu personæ, & idè vitiatam esse dispo-  
sitionem ratione erroris. Hæc ille.

Et, ut verum fatetur, varias habet expli-  
cationes dictus textus, ut videre poteris apud  
Glossam suprà, quamvis explicatio Sanchii  
sit communis. Unde summarium illius le-  
gis sic sonat: Conditio impossibilis, quam te-  
stator putabat possibilem, vitiat legatum. H. D.  
& ista est notabilis & singularis lex.

*Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.*

572

296. Interim ab hac lege non pendet veritas illius sententiae, quæ ulterius probatur ex ratione: quia (inquit Sanchez supra) licet conditio sit impossibilis in se, si tamen à contrahentibus reputetur possibilis & contingens, eadem vim habet in conum animis & apprehensione, ac si vere esset possibilis & contingens; sed si esset possibilis non rejicitur; ergo nec rejicitur dum possibilis existimat.

*Tertia probatio ex a. c. fin.*

297.

*Probatur 4.* Quariò probat Sanchez suam sententiam, quia Matrimonium contractum sub condicione impossibili, reputatur nullum, etiam in foro Ecclesiæ, quando constat ex aliquibus conjecturis, consensum conjugalem defecisse, ita ut contrahentes nullatenus vellent consentire, nisi impletâ conditione: sed potissima conjectura est, si illi credebant, conditionem esse possibilem: ergo in hoc eventu non rejicitur conditio, sed vitiat Matrimonium. Hæc ille.

*Oppositorum sententiam docet Vasquez.*

298.  
*Pontius distinguuntur.*

Mihi videtur (inquit Pontius supra n. 11.) sub distinctione loquendum, juxta quam istæ sententiae facile componentur. Aut certò constat, contrahentes vel testatorem eam existimat possibilem, aut dubia est testatoris mens. Si primùm vitiatur contractus, non ex eo, quod habetur conditio pro possibili; sed quia, quando constat de mente contrahentis, & illum voluisse nisi conditione, quæcumque illa sit, illud sequendum est. Si autem dubia mens fuerit, habetur pro non adjecta, juxta juris communis dispositionem; in dubio enim præsumitur pro testamentis & Matrimonio.

Et n. 13. ad 3. probationem Sanchez, sicut: Sed dicendum eodem modo, & sub eadem distinctione loquendum de conditione turpi & inhonestæ; si enim certò constet, judicasse illam honestam, certum est, non consenserit, nisi sub ea conditione; at si dubia simens, judicandum erit, juxta juris dispositionem in dicto cap. Itaque sic censendum erit, sive prudenter, sive imprudenter reputaverint, aut fibi peruerserint conditionem illam esse possibilem. Hæc ille.

299. Sed nunquid contra hanc sententiam quid-

quam objicit Sanchez? Nihil omnino quod id afferat Pontius sup. n. 12. id est ipsissima ejus sententia, ut patet ex probatis suprà ex ipso allatis, que omnes superponunt, contrahentes reputasse conditionem possibilem & honestam, & certò id confituntur. Quid autem in dubio dicendum sit, id est dem non explicat Sanchez; sed alibi dicitur cum communi sententia, in dubio judicandum esse pro valore Matrimonii, ut vidimus. Neque dici Sanchez, vitiat contractum ex eo præcise, quod habetur conditione pro possibili; sed quia haec est positio conjectura, ut ait in quarta probatione, secundum conjugalem defecisse.

Quid dicam de Vasquez? Hoc de video, quomodo possit ejus sententia componi cum sententia Sanchez, cuius facta mentione dubii, simpliciter dicitur conditionem habendam pro non apparet neque ratio ejus tantum procedit in calamo, sed etiam in casu certo. Et vero propositio indefinita, quid ni debet rendicere in casu certo? Quia autem sententia Sanchez communis est, & magis nobis placet rationem Vasquez.

Respondeo: voluntate meè habituante & in sola animi præparatione, nihil operari in contractibus, maxime Matrimonio, requirunt omnimodam liberum arbitrium, dicamus eum, qui contractu sub conditione revera possibili & honesta, obligatus conditione non eveniar, si ita fuerit ut si scivisset conditionem non eveniar, dem voluisse contrahere.

Ut omittam, plane incursum testator, vel donans scivisset conditionem impossibilem, aut inhonestam, vel non voluisse contrahere illam conditionem, incertum sequitur, quod voluisse absolute, vel donare; sed forte nec testator fuisse donasset. Aliud quippe est, non velle conditionem impossibiliter, aut mortuum, aliud velle absolute contrahere, aliquis contrahit sub beneplacito particeps, putat adhuc vivere, & si civilius mortuus non voluisse absolute contrahere, vel contractus sub beneplacito alicuius terri, non habitat, an contractus fibi expediat, tandem non appovisset conditionem: Se pateretur, si scivisset eum mortuum, statim licet inferre; ergo absolute voluisse contrahere, casu quo pater foret mortuus, seu meo iudicio est clara.

Proinde amplector sententiam Sandi dico: hujusmodi conditionem impossibiliter & turpem, reputatam possibiliter aut honestam, non suspendere contractum auctoritate conditionis eventum, sicut si vere possibiliter & honesta foret, sed statim annulare Matrimoniū.

monium; adedique ex tunc, quando cognoscitur impossibilitas aut in honestas, contrahentes manere liberos ab obligatione, sive prudenter, ut supradicebat Pontius, sive imprudenter reputaverint esse possibilem aut honestam, saltem pro foro conscientiae.

Alioquin, ut notat Sanchez sup. n. 10. non presumet Ecclesia, contrahentes repudiasse conditionem esse possibilem, quando id absque omni prudenter est. Ceterum (prosequitur idem Auctor) in foro conscientiae, quantumvis imprudenter reputent conditionem possibilem, virtutibus Matrimonium, quia deficit consensus: cum enim crederent, posse evenire conditionem, non videntur consentire, nisi in illius eventum, ut contingit in aliis conditionibus vere possibilibus. Atque hoc de primo fundamento Sanchii.

Secundum fundamentum est: ut conditio impossibilis habeatur pro non adiecta, ultra cognitionem impossibilitatis conditionis, existatur etiam, ut contrahentes consciunt sint constitutiones dicti cap. fin. statuentes, eam conditionem haberi pro non adiecta, & censeri purum Matrimonium. Probatur (inquit Sanchez sup. n. 11.) quia conditio impossibilis ex natura sua, & attento frequenti loquendi modo importat disensem, dum enim petita negare volumus, dicere solemus: *Dabo tibi, si calum digito retigeris.*

Et hinc ceteri contractus, initi sub conditione impossibili, non valent. *Impossibilis, 7. ff. de Verb. oblig. Impossibilis conditio, cum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat.* Et §. *Si impossibilis, Infinit. de Inutilibus stipul. Si impossibilis conditio obligationibus adiungatur, nisi valer stipulatio.*

Item 1. *Non solum 3. ff. de Oblig. & act. Non solum stipulations impossibili conditione applicate: nullius momenti sunt: sed etiam ceteri quoque contractus, veluti empiones, locationes, impossibili conditione interposita, & que nullius momenti sunt. Et rationem continuo subiungit: Quia in ea re, qua ex duorum plurimorum consensu agitur, omnium voluntas separatur, quorum procedubio in hujusmodi actis cogitatio est, ut nihil agi existimat, apposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem.*

Ergo ut contrahentes Matrimonium sub hujusmodi conditione, censeantur, etiam in foro externo, habere eam pro non adiecta, & pure contraxisce, necessarium est, ut hujus constitutionis consciunt sint; constitutio enim minime obligat ignorantes, cap. 2. de Constit. ibi: *Quoties vero novum quid statuitur, ita soles futuris formam imponere, ut dispensari presertim non commender. Ne detrimentum ante probationem possint ignorantibus incurvare.*

Immo non sufficiet, si alter ex contrahentibus norit conditionem esse impossibilem, & jus, statuens eam haberi pro non adiecta;

quia Matrimonium constat ex utriusque consensu. Ex quo infert Sanchez supradicte n. 14. moraliter loquendo nunquam eventurum casum, in quo judicandum sit, etiam in foro externo, Matrimonium, contractum sub conditione impossibili, esse validum. Quia nunquam hoc ius notum erit, saltem foeminae contrahentib.

Sed objicies Reg. 13. de Reg. juris in 6. *Objicitur Ignorantia facti, non juris excusat; ergo ignorantia hujus constitutionis non excusat; si cuti non excusat ab irritatione Matrimonii, in 6.*

Et verò Gloss cap. 2. de Constit. supradicte al-

legato, verb. *Ante probitionem, sic ait: Argua. Neminem ligari constitutione, antequam ad ipsam perveniat, ut 32. q. 4. Dixit Sara. Et 82. diff. Proposuit. Argua. contra 16. diff. Quod dicitis. Sed non est contraria: quia ex quo publicè promulgata est & publicata, omnes tenentur ad ipsius observantiam, & omnes ligati post duos menses à publicationis tempore elapsos..... nec est necesse ut singulorum auribus inculetur. Cum ergo hęc constitutio fin. Greg. 9. publicè sit promulgata & publicata, ligat omnes, etiam eos, qui per accidentem eam ignorant; quia scire possunt & debent, antequam te tali Matrimonio applicent.*

Respondet Sanchez supradicte n. 13. quidquid fit in foro externo, manifestum est, in foro conscientiae utramque ignorantiam, quamvis crassissima sit, excusare in hoc casu. Quia quævis ignorantia consensum tollit, qui necessarius est ad Matrimonium, quamvis à culpa minime excusat, nisi justa & probabilis sit. Ut si crassissime erraret contrahens in persona, putans esse aliam: si ignorantia, quantumvis crassa, tollit consensum absolutum.

Immo & in foro externo excusat ignorantia clari, si probari possit, ut de ignora- Quando ria: *Si impossibilis, Infinit. de Inutilibus stipul. Si impossibilis conditio obligationibus adiungatur, nisi valer stipulatio.* *Quando si ignorantia impossibilitatis de jure conditionis juris excusat. docet Adrianus 4. q. 3. de Matr. dub. 11. ad finem. Immo & ignorantia hujus juris excusat in foro externo. Quia ignorantia juris non excusat, quando est ius clarum & omnibus notum; secus quando ius est obscurum, & in quo ipi DD. varias professi sunt opiniones, quale est dictum cap. fin. cuius vera intelligentia & Doctissimos latet, & tam varia est. Hęc ille.*

Quantum ad legem irritantem Matrimonium, contractum absque Parochi & testibus, fateor eam obligare ignorantem; ergo etiam constitutio Greg. 9. dicto cap. fin. negatur Consequentia. Ratio disparitatis; quia in hoc cap. agitur de consensu necessario ad contractum Matrimonii, quem Ecclesia non potest supplicere, nec potest presumere sine ignora- Quare pā- tius lex ir- clandefi. num obliget ignorantem, quam d. cap. fin.

Cccc 3  
rant

rant illam legem, non est justa causa praesumendi contensum, sed potius dissensum, quando apponitur conditio impossibilis vel turpis. Porro Ecclesia potest per se irritare Matrimonium sine consensu contrahentium, & censetur velle irritare in casu ignorantiae, quia tota ratio irritationis non minus reperitur in Matrimonio, quod contrahitur cum ignorantia istius legis, quam in eo, quod sit cum Scientia; ergo non minus illud, quam hoc debet esse irritum. Et haecenus de secundo fundamento Sanchi.

**308.**  
*Condicio  
impossibilis  
habetur pro  
non adiecta,  
quando due  
bi: est con-  
trahentium  
intentio, ex  
Sanchez.*

Sequitur tertium: Conditio impossibilis habetur pro non adiecta, quando dubia est contrahentium intentio, an animo consentiendi, vel potius irridendi, eam conditionem apposuerint: tunc enim favore Matrimonii praefertur pars illius conservatrix, & praesumit Ecclesia, ea verba accipi in sensu absoluto, perinde ac si conditio apposita non esset: ita ut conditio nil penitus operetur; in dubio enim pro Matrimonio judicandum est, cap. fin. de Sent. & re iude. cum enim vertatur periculum animae, si forte separantur, qui legitimè sunt conjuncti, & alii conjungantur Matrimonio, eligit Ecclesia in dubio, quod anima tutius est, si tuus enim est contra statuta hominum dimittere legitimè conjugatos, quam contra legem Dei eos separare, ut habetur cap. *Licet ex qua-  
dam, de Testibus, in fine: Tolerabilis enim  
est, aliquos contra statuta hominum dimittere  
copulatos, quam conjunctos legitimè, contra fla-  
uita Domini separare.*

**309.**  
*Contra ar-  
guit Perez.*

Sed hanc rationem impugnat Perez de Matr. disp. 16. sect. 3. n. 12. quia adhuc manet anima periculum, si permittatur cohabitare, si Matrimonium non fuit verum.

*Resp. Dicafß.* Respondetur tamen facile, inquit Dicafillo hic disp. 5. n. 176. conjuges debere habere verum consensum in eo casu, quo justè in foro externo & lege coguntur cohabitare, ut sic evitetur omne periculum peccati. Placet autem ratio alia Perezii, quod ideo sic statutus jus, quia nisi aliud constet, nemo praesumitur in re tam sancta & gravi jocari; atque adeò debet haberi conditio pro nulla. Hæc ille.

**310.**  
*Alia solutio.*

Addit: quod in cohabitatione tantum sit periculum simplicis fornicationis; in separatione autem periculum injustitiae & adulterii, ex duobus vero malis minus est permittendum & eligendum, quando alterum necessarium permittendum & eligendum est. Ut omittam, posse hic evitari periculum fornicationis, si novus elicitur consensus, ut mox diximus ex Dicafillo; non potest autem evitari periculum injustitiae, quia si revera Matrimonium valut, in justè ab invicem separantur, & negatur de-

bitum conjugale. Optimè ergo facit Ecclesia praesumendo Matrimonium.

Ex dictis inferitur: si ex alii conjectura certò constet, conditionem impossibilis joco appositam esse, absque vero animo consentiendi, tunc, etiam in foro externo, nullatenus habendam pro non apposita, debet contrahentur non est dubia, adeoque nullum periculum injustitiae & adulterii in separatione; periculum vero fornicationis in cohabitatione.

Prima autem conjectura erit, quod ob contrahens expressit, nolle se alter confidire, nisi eà conditione eveniente. Quia jam clare expressit suam intentionem. Secunda est; si magna sit disparitas inter contrahentes. Quia hæc factis indicat differentiam & facit praesumere joco Matrimonium contra contractum. Vide Sanchium lib. 3. cap. 15. num. 7.

Sanè, ut superius indicavimus, solentines apponere conditionem impossibilis potius ut significant dissensum, quam consensum; unde tametsi miraculose aliqua conditio hujusmodi impletetur, adhuc contractus ille non subsistens, quia vera conditione contractus non significarunt conditionem, & dependentem voluntatione, sed absolutum dissensum, in stillo suprà n. 194.

Quod vero attinet ad conditionem, juxta frequentem usum fuit. Author n. 195.) turpes conditiones, ad dicere homines eo animo, utrumque contractus tunc erit consummatus, & nec contractus absconsus, sponsalitius communiter obligatus, ne plena conditione. Interim aperte appositio conditionis turpis, ad hanc sufficiens dissensus.

Hæc ratione potest absolute & censeri, & nullo modo conferre conditionatus, si quis fornicatione, honestæ, & timoratæ conscientia, cuius offertur Matrimonium, dicitur: ho tecum, si mibi prius per me non feceris; tunc enim probè (cens. iudicium) pudicam & honestam, nullo modo conditione assensuram, perinde est, perinde cumstantis eam conditionem agnoscere vellet discentire. Unde prudenter estimator, non debet eum contractum absolutum, ita ut conditio habetur prout adiecta; quin potius idem erit talen- tionem apponere, atque contractum regre- re. Verum hæc & similili iudicio prædicti expendenda sunt. Ita Dicafillo sibi in p. 16. His itaque fundamentis immunitur res- lectus d. cap. fin. suprà ex Sanchio relata.

de quo intellectu sic loquitur Averla (suprà  
§. Sanchez, lib. 5, in fine: Hæc explicatio  
posset videri non magis apta textui, quām  
Sanchez censuerit alias relatas, sed fortasse  
aliquanto magis dura; sed ubi res est clara  
& textus obscurus, hæc quoque cum aliis  
expositionibus admittenda est.

Et verò quæ utilitas in ista constitutione  
sic intellecta, cùm ipse Sanchez (ut suprà  
audivimus) scribat, moraliter loquendo  
nunquam eventurum hunc casum, in quo  
judicandum sit valere tale Matrimonium,  
ex defectu scientie? Præterea; ius Cano-  
nicum rejiciens illas conditions, non fun-  
datur in scientia contrahentium; sed hæc  
potius subsequitur hanc constitutionem  
juris.

314. Respondet Sanchez suprà n. 20. conce-  
dendo, scientiam hujus constitutionis, non  
esse rationem, cui innititur Ecclesia ad rejici-  
endas has conditions: sed, inquit, ratio  
fuit favor Matrimonii, ut Pontifex dicto c.  
fin. testatur. Verum scientia ejus constitui-  
tionis exigitur, ut in ea dispositum, locum  
habeat: nulla enim constitutio ignorantes  
ligat, cap. 2. de Constit. Hæc ille.

A quo si petas, in quo consistat hic favor  
Matrimonii? Respondet n. 19. Potuit ius  
in cæteris contractibus disponere, ut condi-  
tio impossibilis haberetur pro non adjecta,  
& si id disponeret, valeret contractus, initus  
sub tali conditione, à scientibus, talem  
conditionem esse impossibilem, & rejici à jure:  
cum autem id non statuerit, cæteri contra-  
ctus corruunt, si sub conditione impossibili  
celebrantur. Matrimonium autem, è quod  
contractus favorabilis est, hoc specialiter  
habet, ut ab eo ex statuto Ecclesie impossibi-  
lis conditio rejiciatur; ac proinde Matrimoni-  
um, è adjecta contractum, quod aliás,  
naturæ impossibilis conditionis relatum, ir-  
ritum est, manet firmum ac validum. Ita  
Sanchez.

Sed contrà: moraliter loquendo nun-  
quam eveniet casus, in quo Matrimonium  
hujusmodi maneat firmum ac validum jux-  
ta ipsum Sanchez, ut jam non semel dixi-  
mus; ergo moraliter loquendo nullus favor  
fit Matrimonio per illam constitutionem.  
Et aliunde certum est, quod aliqua consti-  
tutio liget ignorantes, dummodo sit suffi-  
cienter promulgata, ut superius ostendi ex  
lege irritante Matrimonium clandestinum,  
& ex Glossa in d. c. de Constit. dedimus  
tamē aliquam rationem disparitatis inter-  
legem irritantem & dict. cap. fin.

Similem hic subjungo ex Vasquezio de  
Restit. c. 7. dub. 10. ubi loquens non sol-  
lum de Matrimonio, sed etiam de testamen-  
tis, à quibus similiiter rejicitur conditio im-  
possibilis & turpis, docet, eam in foro con-

scientia non esse rejiciendam, quando con-  
stat de contraria voluntate contrahentium, foro consci-  
& probat. Primo: in legibus tantum dici-  
entis, ex  
Vasquez.

Habeantur pro non adjectis, id est, cen-  
sentur, quæ verba præsumptionis sunt: un-  
de si alter confitet de voluntate, non du-  
biuum, nisi quid in conscientia ei dandum  
sit. Tum etiam, quia quāvis lex humana,  
contractus, aliás validos, possit efficere ex de-  
fectu solemnitatum, vel alia ratione, irritos;  
quia facit personas inhabiles ad contrahen-  
dum, & ita licet consentiant verè, nihil ope-  
ratur consensus; tamen non potest lex hu-  
mana supplere defectum consensum in  
contrahentibus, & contractum nullum de-  
fectu consensus, quia erat sub conditione,  
repellendo conditionem, ratum efficere;  
quia est essentiale jure naturæ cuicunque  
contractui, consensum adesse contrahen-  
tium absolutum, quod lex humana variare  
non potest; cùm ergo suppleri aliunde non  
possit consensus, nullus manebit contractus,  
jure naturæ.

Quāvis enim in præscriptione bono-  
rum, lex ob bonum publicum contra con-  
sensum domini elicitem, auferat bona, quia  
ob bonum publicum ita expedit, & quisque  
in hoc consentire deberet: tamen in contra-  
ctibus, si manent in contractus ratione, non  
potest suppleri voluntas contrahentium vel  
ex cod. donantium, sicut nec in Matrimonio, quia  
est essentialis: cùm ergo leges non velint  
tollendo conditiones extrahere à materia  
contractus, ut constat, non volunt supplere  
consensum, nec possunt; sed præsumunt  
illum, auferendo conditiones, aut negando  
repetitionem in exteriori foro. Si ergo vo-  
luntas verè fuit conditionata sub condi-  
tione turpi, impossibili, vel alia, non debet fo-  
rum exteriori reputare eam conditionem  
non adjectam, si de animo contrahentium  
seu donantis aliás confitet; solum in dubio,  
quando id non constat, forum exteriori in-  
terpretatur, prædictas conditions in hoc  
casu non esse reputandas ut appositas, quia  
interpretatur animum dantis noluisse con-  
ditionaliter sic dare. Haec tenus Vasquez.

Et statim subjet: Quod ad cognoscen-  
dum animum donantis vel legantis sub con-  
ditione plurimum confert, an donans vel  
legans sit aliás conscius juris; tunc enim  
jure optimo interpretamur, eas conditions  
pro non adjectis habuisse testatorem, nisi  
aliis clarioribus verbis mentem suam expo-  
suerit; si tamē testator vel donans aliás ig-  
norabat hanc juris decisionem, non videtur,  
quod illius mens citra conditionem sit in-  
terpretanda, quia ipse nesciebat hanc  
conditionem esse rejiciendam; si enim scivit, &  
eā posuit, eo ipso videtur stare legis disposi-  
tio. Hæc ille, ex Medina C. de Restit. q. 23.

Perro

317. In contra-  
ctibus non  
potest sup-  
pleri volun-  
tas contra-  
tentum  
ex cod.

318. Quomodo  
contrahentis  
animus in-  
dagandus.

**319.** Porro quāvis Sanchez idem doceat de Matrimonio, ut latē constat ex suprā dictis; equidem de testamentis oppositum sentit lib. I. disp. 33. n. 2. dicens, Omnidē tenendum est, leges has in utroque foro servandas esse, quāvis constet de contraria testatoris voluntate; quia non sunt penales, nec fallax presumptioni innituntur, sed sunt dispositivæ, & adversus certissimam testatoris voluntatem, rejectis iis conditionibus, ob commune Reipublicæ bonum, hæreditatem vel legatum deferunt. Hæc ille.

**320.** At verò Bas. Pontius, tametsi placeat ei sententia Vasquezii; rationes tamen ipsius non omnino probat. Et in primis, inquit, plenum est ex jure civili, conditionem impossibilem in contractibus non reputari pro non adiecta, sed infirmare contractum, Matrimonio excepto: haberi autem pro non adiectis in testamentis, institutione hæredis, legatis, & fidei commissis.

Deinde, inquit, non placet, quod docet, Remp. non posse supplere consensum in his contractibus & donationibus ex testamento. Est enim contractus quidam inter mandatorem, & mandatarium, Instit. de Mandato, in principio: *Mandatum contrahitur quinque modis &c. & tamen revocata voluntate mandantis, valet, quod à mandatario postea gestum est, eo ignorantie revocationem, non alia ratione, nisi quia ibi Resp. supplere consensum voluit & potuit. Quare in hujusmodi dominii transferendis diceretur lex operari, sicut in præscriptionis lege.*

**321.** Ideo ergo existimo, standum esse voluntati testatoris, quando de illa constat, quia leges id exprimunt; & quāvis potuerint, noluerunt tamen supplere consensum. Attendi autem debere voluntatem testatoris, non inspectis verbis, constat ex l. 69. ff. de Legat. 3. Non aliter à significatione verborum Legat. 3. recedi oportet, quācum manifestum est, aliud sensisse testatorem. Cui etiam faverit, quod ait Ulpianus in l. 19. ff. de Condit. & demonst. In conditionibus primum locum voluntas definiti obtinet, eaque regit conditiones. Illa ergo attendenda est, & si certò constet, illam sequemur; sin minus, conjecturis agendum est, an consensus in ea conditione impossibili adhibita defuerit. Ex quo ratio Tho. Sanchez manifestè refellitur. Hucusque Pontius lib. 3. c. 4. n. 4. & 5.

**322.** Ut ut sit de hac controversia, quæ non est propriæ huic loco, satis est ad nostrum propositum, quod in Matrimonio voluntas contrahentium magis attendenda sit, quā conditio adiecta; quia in Matrimonio jus humanum non potest supplere consensum, quidquid sit de aliis contractibus, & ideo quodcumque intelligatur dictum cap. finale, certum est non habere locum, ne qui-

dem in foro externo, quando in eo probatur, contrahentes non alter voluntate consentire; porro in casu dubio locum habent etiam in foro conscientiæ. Sicut (inquit Sanchez sup. n. 20.) de Baptismo & ceteris sacramentis, dum ea recipiens, non est causa de contraria intentione, judicandum est utroque foro, iuxta intentionem Ecclesiæ ceperisse; ac proinde valida esse: sic de Matrimonio iudicium ferendum est in utroque foro. Præterea: quia in eo dubio Ecclesia posset in foro externo esse Matrimonium, go idem judicandum est in foro interius, ubi non proceditur ex falsa presumptione, sed veritas cognita est, idem dicendum est utroque foro. Hæc ille.

Igitur dicerem ego, præstatum est intelligendum esse de conditione quælibet penitiva; attamen in solo casu dubio, quando contrahentes dubitant, quæ conditionem contractui appolluerint, dum constat apposuisse joco cum amissione solutæ contrahendi, etiam fecerint omnia positivo, haberi debet prouisio, ut valere Matrimonium; dum autem contraferre noluerint, contrahere, si non possint, conditione, quidquid dicitur, vel non datus positivum, procul dubio per eam videtur Matrimonium defectu constituta.

Cæterū Pontius super a. q. quælibet ipsi videtur interpretatio boni vis probabilis sit, ut ait n. 8. & glor. auctoritate munita) amplectetur rationem Ferdinandi Rebelli lib. 1. cap. 32. n. 27. quæ docet, in predicatione conditionis impossibilis varioligia à Pontifice eas conditiones ratione pacti vel modi, & præsumptione appositas esse, ut conditions, in pacta, quæ in futurum oriantur. Cum vero ex si duo contrahant Matrimonium præsenti, nullo alio addito, ex præsumptiōne, mentis iudicari possit, membra queat, aut voluerint contrahere, conditione proprie dicta, & suspenderetur sum usque ad eventum conditionis, sub modo, ita ut velint, contractum statim validum esse per conditionem præsenti, cum obligationem præstandi in posterum remaneat, sub conditione continetur, meritis præsumit, cum videat conformatum per verba de præsenti, adhibita conditione illas, ut modos & pacta, & non ultra conditiones.

Est autem optima ratio præsumptionis, eo desumpta; quia dum quis cum aliquo persona contrahit, non solet id solum in virtute & otiosè facere; sed ut expectatione & aderio personæ satisfaciat: non autem in-

B  
Sac

ceret, nisi saltem vellet, consentium illum esse de praesenti, quamvis cum obligatione exinde orta adimplendi, quod in conditione expressum est. Atque ita admissum per Pontificem consensu de praesenti, quem presumit, repellit obligationem inde ortam, adimplendi aliquid impossibile vel turpe, & vult haberi pro non adiectis.

<sup>326.</sup> Ex hac doctrina Rebelli colligit Pontius sup. n. 10. hanc constitutionem Pontificis in d.c. non esse novam constitutionem, neque enim uitio verbo: *Statuumus aut. decernimus*, sed tantum, inquit, *dubere haberi pro non adiectis*. Quare id declarat Pontifex, quod, secluso omnijure positivo, erat semperque erit servandum. Nam oriri non potest obligatio ad impossibile, neque ad rem turpem, cum impossibilis & turpis nulla sit obligatio. Unde cum consensu absoluto de praesenti posito, eoque etiam constituto Matrimonio, non posset oriri obligatio ad turpe vel impossibile, Pontifex, qui, quando non aliud constat, presumit ex modo contrahendi, conditiones impossibilis & turpes positas esse tanquam modos & pacta, declarat, repellit debere a Matrimonio, & habendas pro non adiectis. Hæc ille.

<sup>327.</sup> Sed Dicastilloni sup. n. 177. cum Aliis, quos citat, videtur, in illo textu Papam novum ius condere, in favorem Matrimonii id faciendo, quod non statuerit in favorem aliorum contractuum, exceptis ultimis voluntatibus. Respondet autem ad fundamentum Pontis: Papam non uti verbo: *Decernimus*, aut similis, fallsum est; ibi enim explesè habet, id dicere, proper favorem Matrimonii: si autem id tantum statueret aut declararet, quod ius naturale habet, non esset locus favori i speciali pro contractu Matrimonii præalis contractibus.

Contra ex Pontio sup. n. 11. Pontifex dicit, id facere favore Matrimonii, quia in illius favorem presumit, non appositis esse, ut proprias conditions, sed ut modos & pacta, atque idem repellendas, ne forte cum iniuria Sacramenti separat eos, qui sub modo, & non sub conditione propriæ dicta contrahere voluerint. Quamvis ergo quod attinet ad præsumendum, adhibitas potius esse ut modos, quam ut conditions, favor versetur Matrimonii; attamen ex eo, quod ex consensu absoluto de praesenti, sub modo turpi vel impossibili, non oritur obligatio, nullus versatur favor Matrimonii; sed idem dicendum erat secluso iure positivo. Atq; cu hujus capituli decisione, sic intellecta, optimè congruit dispositio textus in c. 1. cod. t. de Conditi.

Infero ego: ergo hæc constitutio Pontificis in dicto c. fin. est nova constitutio, neque solùm declarat Pontifex id, quod secluso omni iure positivo erat, semperque erit ser-

vandum; quippe declarat, hujusmodi conditiones potius esse modos, quam proprias conditions, quod secluso omni iure positivo non est servandum.

Præterea cum hujus c. decisione, sic intellecta, haud melius congruit dispositio textus <sup>guitur con-</sup> in c. 1. quam si eam intelligas cum Sanchio <sup>tra Pontiæ.</sup> de conditionibus propriæ dictis. Sic sonat c.

<sup>328.</sup> *Quicumque sub conditione nomine aliquam desponaverit, & eam relinquere voluerit, dicimus, quod frangatur conditionis & dispositio irrefragabiliter tenetur. Ubi Glossa verb. *Fragatur*, inquit: *Intelligi hoc caput de conditione turpi, quæ tam non sit contra naturam Matrimonii, ut infra eod. c. ult. per quod intellige hoc cap. usurpat. Si furtum fecerit, si hominem interficerit, talis conditionis non impedit Matrimonium, imò pro non adiecta debet haberi, ut infra eod. cap. ult. ubi de hoc.**

Et sane, quæ major difficultas in explicazione hujus c. sive intelligas conditionem propriæ dictam, sive modum seu pactum aliquod? Nam semper respiciendum est ad intentionem contrahentium, & quando dubia est, unicū præsumendum in favorem Matrimonii, vel joco illam conditionem suspensivam apposuisse cum animo abfoliūre contrahendi, vel apposuisse instar alicuius modi seu pacti minimè obligantis ex natura rei. Meo ergo iudicio, fallo meliori, parva differentia est inter intellectum Sanchii & Pontii; quia uterque intellectus fundatur in presumptione, quando dubitatur, quæ fuerit mens contrahentium, & sive præsumas talem jocum, sive modum, à parte rei xquè multum erit.

*Parva hic est differentia inter Sanchium & Pontium.*

In hoc videtur præcellere intellectus Sanchii, quod intellectus Pontii & Rebelli minus propriæ accipiat conditionem pro modo seu pacto, cuius servandi obligatio resulteret ex contracto Matrimonio (de quo inferius latius agemus) sine ulla necessitate, & contra universum DD. torrentem, qui illum texum de conditione impossibili suspendente intelligunt, inquit Sanchez sup. n. 4. Et eod. n. circa finem sic scribit: Si Pontifex nil statueret de conditionibus impossibilibus suspendentibus, diminutus esset, cum de hujusmodi conditionibus in toto eo titulo non agat.

Nec obstat: quod 1. pars d. c. fin. intelligi debeat non solùm de conditionibus suspensi- <sup>Occurrunt</sup> vis, sed etiam appositis per modum pacta seu <sup>objectionis</sup> modi; non obstat, inquam, quia talem intellectu exigunt exempla, quæ ibi exprimuntur, ut patet suo loco, at vero in 2. parte nullum verbum est, quod significat, Pontificem, per conditions impossibilis seu turpes, intellectus modos seu pacta, cum exclusione conditionis suspensivæ. Si ergo (ut vult Pontius sup. n. 11.) Pontifex, dum in d. c. loquitur de conditionibus contra substantiam Matrimonii, sumptis conditionis nomen, sive pro conditione

D d d

ne

SCOTTUS

330.

ne vera & propria, sive pro modo & pacto ex quo probatur, quod, cum loquitur de conditionibus impossibilibus aut turpibus in eod. c. sumperit conditionis nomen pro solo modo & pacto? Non video ullam efficacem probationem.

Pontifex in d. & fin. etiā conditionem impossibilem de praesenti & præterito, intelligit, ex Sanchez.

331. Prima probatio.

L. 45. ff. de Hæred. instit.

332. Occurruntur objectionis.

Probatur 2.

333. Inflantia dicitur.

Et idē consequenter dico: per conditionem impossibilem, Pontificem in d. c. intellexisse, non tantum conditionem de futuro, sed etiam de praesenti & præterito. Ita docet Sanchez sup. disp. 4. n. 3. Pontius vero, consequenter ad sua principia existimat, non intelligi nisi conditionem impossibilem de futuro. Probat: quia sola ista conditione potest apponi in Matrimonio, ut modus & pactum.

Sed quae probatio nostrae sententie & Sanchi? Prima sit; quia eodem modo rejicitur hæc conditione a Matrimonio, quo ab ultima voluntate, sed ab ultima voluntate rejicitur impossibilis de praesenti, ut patet ex I. Si Mævia, ff. de Hæred. instit. Si Mævia mater mea, & Fulvia filia mea vivent, tum mibi Lucius Titius hæres esto. Servia respondit, si testator filiam nunquam haberet, mater autem supervivisset, tamen Titius hæredem fore, quia id quod impossibile in testamento scriptum esset, nullam vim haberet. Ubi Gloss. verb. Vivunt, inquit: Id est, vivunt in praesenti tempore.

Secunda probatio; quia Pontifex dum d. c. fin. decernit, conditions impossibilis rejiciendas esse, non idē id decernit, quia obligant ad aliquid impossibile; sed quia omnino impossibilis sunt: at tam impossibilis sunt five apponantur de præterito, praesenti aut de futuro; ergo similiter sunt rejiciendæ.

Nec obstat: quod conditio de præterito aut praesenti si minus propriè conditione; quia (ut ait Sanchez sup. n. 4.) textus ille non attendit ad proprietatem conditionis, quæ est suspenderet; sed ad impossibilitatem, quæ propriè reperitur in conditione impossibili de præterito & praesenti; quippe tam impossibile est, quempiam digito tetigisse cælum, aut tangere in praesenti, quam tangere in futuro; cur ergo conditio: Si tetigeris digito cælum, minus debeari haberi pro non adjecta, quam conditio: Si tetigeris digito cælum? Cur potius una presumi debat joco adiecta cum animo absolue contrahendi, quam alia? Non video dispartitatem.

Si dixeris: conditio turpis de præterito vel praesenti non rejicitur, ergo nec impossibilis. Respondeo: disparitatem esse, quod turpis non rejicitur eod præcisè, quod turpis sit; sed quia incitat ad peccandum; quare cùm hoc oīlum inveniatur in turpi de futuro, solum turpis de futuro rejicitur. At impossibilis rejicitur, ut statim diximus, præcisè quia impossibilis est, quæ impossibilitas reperitur etiam in conditione de praesenti & præterito.

Urges: in eodem casu, Pontifex, conditionem contrariam substantiæ Matrimonii

annullare; sed non annullar, nisi quandoque de futuro; ergo &c. Respondeo cum Sanchez, suprà negando Conf. q. quia condictio contra substantiam annullat, quia est obligatio implendum aliquid contra substantiam, ut bona Matrimonii, que ratio solum habet, cum in conditione de futuro; ac impossibilitas in utraq; reperitur. Cum ergo communis regula sit: Ubi jus non distinguit, nec distinguere debemus absque evidenti ratione, autem fin. non distinguit inter conditiones impossibilis, nec sit evidens ratio distinctionis; nos quoque non oportet distinguere, ut universaliter affirmare, conditionem impossibilis, sive de futuro seu de praesenti, non vitare Matrimonium, sed esse factum, ut habeat pro non adjecta.

Atque ex eadem regulare respondeo, cum supra n. 7. & 1. Aliis, quos citat, per indicatio nis iure sit impossibilis, an per necessitatem enim hic & nunc de jure fieri impossibile, tunc simpliciter impossibile est. Dicitur: qui fieri potest, quod proinde sequitur possibilis; ac proinde, si fieri possibilis, est, aliud, modo de jure impossibilis, si possibilis. Conditions, sequentes tenoris: Conditio contra bonos mores inseruntur remane veluti si ab hostiis patrem suum uinculatum parentibus, patrono ve alimentorum.

Accedit I. Continuus, ff. de Condit. 1. Cum quis sub hac conditione stipularet, aut religiolum Titium ueniret, omnino conditio jure impleri non potest, ceteri ei non licet, nullius momenti fore, perinde ac si ea conditio, quæ impossibilis est, inserta esset. Ubi Gloss. verb. Titulum, inquit, non interficeret, sed de de jure impossibilis sit. Si conditione lumen jure impossibilis vitiat stipulatio, quid ni ea haberi debeat pro non adiecta, quia non est cur presumatur tanquam sensus absolutus. Hæc illa.

Si objicias: jus facilè variari possit, Respondeo per d. leg. Continuus, in qua rem jam relatis actuum subditur. Nec ad rem pro-

tinet, quod jūs mutari poset, & id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri: non enim secundum futuri temporis jūs, sed secundum presentis aēlīmari debet stipulatio. Satis ergo est, ut conditio dicatur jure impossibilis, ut secundum præsentem juris definitionem sit prohibita, & ad illud tempus referatur, in quo prohibita est, ut suprā insinuavi. Sicut conditio hæc: Si sol quis est, dicitur natura impossibilis, qui tali est, attente præsentī naturæ curſu, quāvis illum Deus immutare possit.

Sed quid si conditio solum si facto impossibilis, & non per naturam? Ut: Si dederis monētum aureum; Si imperium dederis; Si centū mille aureos in doṭem dederis. Quidam existimant, has conditions vitiare Matrimonium, ex parte ultimæ voluntati, quam vitiant, ut docet Goff. Inſtit. de Hæred. Inſtit. §. Imposſibilis, verb. Imposſibilis conditio, dicens: Tribus modis potest dici conditio impossibilis, vel de natura; ut: Si cælum digito teneris, hæres esto; ut in Inuit. ſtipul. §. Si impossibilis. Item de jure: ut: Si patrem ab hæſibus non redemeris, vel ſimilis. Nam hoc facere nos non posſe, praesumit jūs, ut ff. de Condit. Inſtit. I. Conditiones. Et in his duabus habet locum ifte §. Imposſibilis conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur. Item de facto: ut: Si montem aureum dederis, hæres esto. Et hoc caſu non valeat inſtituto vel libertas: cum nec animus dandæ fuerit juris præumptione, ut ff. de Statutib. I. Cūm hæres, §. Non eſt statuliber, cui libertas tam in longum tempore collata eſt, ut eo tempore is, qui manumisſus eſt, vivere non posſit: aut si tam diſcilem, in modo penè impossibilem conditionem adjecterit, ut aliunde ea libertas obtingere non posſit. Veluti si hæredi malies (id eſt, milles centena milii nummorum) deaſſer, aut cum moreverur liberum eſſe iuſſet. Sic enim libertas inutiliter datur, & ita Julianus ſcribit: quia nec animus dande libertatis eſt.

Probatur præterea hæc ſententia ex I. Continu. ff. de Verb. oblig. §. ubi conditions impossibilis de facto, non dicuntur ſimpliſter impossibilis, ſed difficultes. Hęc ſunt verba d'juriſ: Illad insipientia eſt, an qui centum dari promiſit, confeſſim teneatur: an verò cefſet obligatio, donec pecuniam conſerre poteſtit. Quid ergo ſi neque domi habet, neque inveniat creditorem? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & reficiunt ad facultatem dandi. Eſt autem facultas, perſonæ commodus incommodumve, non rerum que promittuntur: & alioquin, fi quis ſtichum dari ſpoñderit, queremus ubi ſit ſtichus: aut ſi non mulciam reſerve videatur, Ephesi daturum ſe, an quod Ephesi ſit, cum ipſe Rome ſit dare ſpondeat. Nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet: quia in pecunia & in ſticho illud commune, quod promiſſor in preuenzia dare non potest, & generaliter cauſa difficult-

tatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet: ne incipiat dici, eum quoque dare non poſſe, qui alienum ſervum, quem dominus non vendat, dare promiſerit.

Jam autem dicto cap. fin. ſolū reſicuntur à Matrimonio conditions impossibilis, non autem difficultes. Et aliunde dispositio Canonica concepta eft ad ſimilitudinem difpositionis civilis, id eſt, jūs Canonicum, dum reſicit conditions impossibilis à Matrimonio, voluit illi favere, ſicut jūs civile ultimæ voluntati, à qua reſicit conditions impossibilis; ſi ergo jūs civile non reſicit conditions de facto impossibilis ab ultima voluntate, ſed illam vitiant; ſimiliter jūs Canonicum non reſicet eas à Matrimonio, ſed illud vitiabit.

Hanc ſententiam cum Aliis, quos citat, 338. ſequitur Pontius lib. 3. de Matrim. cap. 3. Hanc ſententia n. 15. dicens: Retinendum cenſeo, quod iam ſequitur Pontius: Justinianus ait in i. Si impossibilis, Inſtit. de Inuit. ſtipul. eam tanquam conditionem imposſibilem reſicci, cui natura impedimento eft. Subdo verba iſtius §. Si impossibilis conditio obligationibus adjectatur, nihil valeat ſtipulatio. Imposſibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eft, quod minus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit: Si digito cælum attingero, dare ſpondes?

His tamen non obſtantibus, Alii cenſent, eas reſicciendas eſſe, & probant: quia ſimiliter reſicuntur ab ultimis voluntatibus, ut docet Molina tom. 1. de Justit. tract. 2. disp. 206. n. 9. ex leg. Si quis ita inſtitutus, ff. de tais. Condit. Inſtit. cujus haec ſunt verba: Si quis Molina, ita inſtitutus ſit, ſi monumentum poſt mortem testatoris in triduo proxim moriſ ejus feciſet: cum monumentum in triduo perfici non poſſit, dicendum eſit, conditionem evanescere, quaſi imposſibilem. Ecce, inquit Molina, conditio de facto imposſibilem habetur pro non adjecta.

Reſpondet Pontius ſuprā num. 16. judicari conditionem imposſibilem per naturam; quia imposſibilis eft comparatione, hominis ſimpliſter, quāvis ab angelō vel dæmonē fieri poſſet

Sed contrā: ergo non debuit vocari à jure conditio quaſi imposſibilis, ibi: Evanescere Contra ar- guitur. quaſi imposſibilem, ſcilicet naturā, ut notat Goff. ibi in expofit. caſu, ſed ſimpliſter, imposſibilis, dicendo, Utpote imposſibilem, ſcilicet naturā; jam autem dicitur: Evanescere quaſi imposſibilem, id eſt, eo modo, quo imposſibilis naturā evanescit; quia tam imposſibile videtur tam brevi ſpatio monumentum facere, quām cælum digito tangere. Atque hæc ſit ſecunda probatio ſecundæ ſententie: probatio, tam imposſibile, inquit eius Auctores, vi- detur pauperi, dare centum mille aureos, ac cælum digito tangere, & tam irriſorium vi- detur illud, achoc petere.

D d d 2

Hanc

SCO  
U  
V

341.  
Hanc senten-  
tiam vi-  
derur sequi  
l. 6. tit. 4.  
p. 4.

Item Gloss.  
in d. c. fin.

Hanc sententiam videtur amplecti lex 6.  
tit. 4. part. 4. ubi inter conditiones, quae  
rejiciuntur à Matrimonio, ponit: *Si dederis*  
*montem aureum.* Nam eandem conditionem  
appellat l. 4. tit. 4. part. 6. impossibilem de  
facto: & ita intelligitur prior lex de monte  
aureo artificiali, qui est impossibilis de fa  
cto; nam naturalis est naturā impossibilis.

Idem sentire videtur Glossi in d. c. fin.  
verb. *Contra substantiam conjugii,* ibi: *Sunt*  
*& aliae inbone&ta, turpes aut impossibilis, ut si*  
*dicatur:* Contra tecum, si furtum feceris,  
si homicidium feceris: *Ista enim sunt turpes.*  
*Idem est si sit impossibilis, ut si dico:* Contra  
tecum, si dederis mihi Imperium; si di  
gito cælum tetigeris, *ff. de Injur. sup. testa. I.*  
Cùm in secundo, *bijusmodi* conditiones non  
sunt contra substantiam Matrimonii, & de ta  
libus intelligi, quod dicitur in fine: *Si tur  
pes aut impossibilis, & id est apponatur,*  
*pro non adjectis haberi debent.* Jam autem se  
cundum Omnes: *Si dederis mibi Imperium,*  
solum est impossibilis de facto.

342.  
Responsum  
ad leg. 6.

Ad hanc autoritatem Glossi non respon  
det Pontius, sed ad leg. 6. ait, eam intelligendam esse de monte aureo naturali, non  
artificiali; leg. autem 4. de monte artificiali,  
quem dixit impossibilem de facto, cùm ibi  
loquatur de eo, quod per chimicam artem  
fieri potest.

Sed contrà: si lex 4. loquitur de monte  
artificiali, unde probatur quod lex 6. intel  
ligi debeat de solo monte naturali? Nonne  
utriusque juris argumenta nos docent, ea,  
quaे in principio, ad medium & ad finem:  
illa vero quaе in medio, ad finem atque prin  
cipium: & ea quaе in fine, ad utrumque, vel  
eorum alterum sèpè referri? Ita testatur Ni  
colaus 3. cap. *Exiit qui seminarit, 3.* de Verb.  
signif. in 6. Cur igitur quod dicitur Partita  
4. tit. 4. 1. 6. de monte aureo simpliciter, &  
absque ulla distinctione, non debeat referri  
ad id, quod dicitur Partita 6. tit. 4. 1. 4. de  
monte aureo artificiali? Itaque nulla est ra  
tio, vel affigetur, quare l. 6. quaе loquitur  
generaliter, debeat intelligi de solo monte  
aureo naturali, & non etiam de artificiali, de  
quo loquitur l. 4.

Non est hic  
distinguendum  
inter forum  
conscientia  
& externū  
ex Sanchez.

343.  
An condicio  
debet esse  
impossibilis  
de facto, et  
iam respectu  
aliorum.

Neque hic distinguendum est (ut ben  
notat Sanchez sup. n. 13. in fine) inter forum  
conscientia & externum; quia ubi non con  
stat de contraria intentione, idem servandum  
est in hac re in utroque foro, ut supra dixi.

Sed nunquid distinguendum inter condi  
tionem impossibilem de facto, respectu solius  
personæ, cui proponitur implenda, & im  
possibilem de facto, etiam respectu aliorum?  
Ita distinguunt Sanchez sup. n. 14. dicens: prior  
em (v. g. si à paupere petatur hæc conditio:  
*Si dederis centum mille in dotem*) vitiare Ma  
trimonium, si non impleatur. Posteriorem

autem rejiciendam esse, tanquam impelli  
lem, favore Matrimonii, ut: *Si dederis mon  
tem aureum;* quāvis enim multa sum  
congregatis posset construi; at quia id non  
facile fieret, nec esset possibile alcum per  
de facto, rejicitur tanquam impossibile  
vore Matrimonii. Et eodem modo intel  
linquit Sanchez, conditionem illam: *Si ded  
eris mihi Regnum;* aut, *Imperium;* repon  
quam impossibilem de facto. Quia et p  
quā moraliter impossibilis. Hæc 345.

Et quid si ego dixerim, etiam plausibili  
moraliter impossibile esse pauperem, donum  
mille in dotem? Quis me iudicet aucto  
de errore? Quāvis enim hæc conditione  
pleri possit per alium, sicut & illa: *Si do  
num dederis;* tamen tam raro evenit, quia  
pro paupere der centum mille, quatuor  
Imperium. Si ponetur conditio que  
centum florinorum, quāvis pauper  
nunc, nec per se, nec per alium possit  
non idē censeri deber conditionem  
aut pluquā moraliter impossibilis; qua  
per accidentis plane est, quāvis reper  
tur, qui pauperi tam exiguum sumum re  
lit elargiri; non raro enim occurrit, qui  
id vellent præstare, si generosus fuero  
tam pecuniam; saltem pauperem, qui  
res rogando, posset cordis illa impo  
quāvis non sine difficultate. Et de  
bus conditionibus, quæ mortaliter  
possunt impleri, quāvis non ad  
cultare, intelligenter jura, pro  
adducta.

Dubitatur hæc etiam; an conditione  
natura sua est possibilis, v. g. *Sed*  
accidenti autem impossibilis, v. g. *Si*  
ratione, rejicienda, *juxta a copia* 346.  
mant Aliqui apud Sanchez sup. a. 1. 7. 2.  
b. probant 1. quia si jam deflorata est, non  
non potest, cap. *Si Paulus, 32. q. 1.* *In Cen  
denter loquar: cum omnia possit Den  
virginem non potest post rumam. In*  
*mus in Epist. ad Eusebium. Ad*  
*rum enim non est potentia, Reg. F.*  
*ff. de Reg. juris: Verum est, neque pos  
que stipulationes factum posse tollere.*

Probant 2. quia multi DD. assert  
hanc conditionem: *Si pater conseru  
quam impossibilem, quando conser  
sciebant, patrem deceperit; sed haec* 347.  
*impossibilis ex natura sua, sed ex acci  
quia scilicet pater obierat.*

Tertia probatio sumitur ex l. 1. *Si Me  
ff. de Hæred. inst. ubi allestitur hanc*  
*ditionem: Si filia mea vivit, hereditate*  
*do testator nunquam habuit filiam, regis  
sic valere institutionem. Et redditur in*  
*ibi: Quia id quod impossibile in testamento fo  
rnum effet, nullam vim habet. Ubi Glos  
verb. *Impossible*, dicit, *De natura. Unde de  
pli**

plex argumentum colligitur; alterum, quia hæc conditio ex natura sua est possibilis & solum per accidens ex transcurso temporis præteriti, quia non habuit filiam, dicitur impossibilis; alterum, quia eodem modo rejicitur conditio impossibilis a legato & a Matrimonio: si ergo hæc impossibilis per accidens rejicitur a legato, rejicitur etiam a Matrimonio.

Nihilominus oppositum docet Sanchez sup. n. 16. inquiens: Absque dubio dicendum est, decisionem in d. cap. fin. intelligi de conditione, quæ ex se est impossibilis, secundum ea, quæ suæ naturæ possibilis est, quamvis ex transcurso temporis, sed quod ad præteritum, ut non transferit, minimè est potest si impossibilis, talis enim conditio non rejicit, sed si vera est, valebit Matrimonium, si vero falsa, vitiabitur.

Et hæc distinctione est satis conformis iuri: In aliis enim casibus multum operatur, conditionem non esse naturâ impossibilem, sed ex solo tempore transcurso. Ut, lex nihil potest fingere circa impossibilem. Qui ad certum, f. Locati ibi: Et ideo si interim dominus fuerit, vel deceperit, fieri non posse, Marcellus ait, ut locatio redintegretur, & est hoc verum. Et l. 6. ff. de Precario. Certe si interim dominus fuerit, caperis, vel deceperis, fieri non posse, Marcellus ait, ut precarium redintegretur, & hoc verum est. Et tamen quando res ex transcurso temporis est tantum impossibilis, habet locum fictio legis, ut cum Bart. docet Decius, l. Verum. 31. ff. de Reg. juris, n. 3. & sic l. Non dubium, C. de Legibus, pacta contra leges inita, pro infectis habent fictione juris. Ita Sanchez.

Eandem sententiam probat Pontius lib. 3. cap. 3. n. 18. ex l. Cim. tab. ff. de Condit. & demonst. ibi: Falsam conditionem Cassius & Cæline Sabinius impossibilem esse dixerunt: velut: Pamphilus, si quod Titio debeo, solvere, liber esto: si modò nihil Titio fuit debetum; quod si post testamentum factum testator pecuniam exsolvit, defecisse conditionem intelligi, tametsi forer conditio ex accidenti seu lapsu temporis impossibilis; idque quia testator, solvens debitum, ex facto fatis demonstrat, se a priori voluntate recedere, & legatum admire.

Quid ergo respondentum ad probationes oppositæ sententiaz? Ad primam responder Sanchez suprà n. 18. id solum per accidens esse impossibile ex transcurso præteriti temporis. Ad 2. & 3. dicit appellari conditionem ex accidenti impossibilem, quæ non rejicitur a Matrimonio & legato, quando immediate, & absque ullo circuitu, potuit esse vera, ut: Si pater tuus vivit; Si es virgo; secundum quando non immediate, sed longus discursus exigitur, ut sit vera, ut in l. Si Mævia,

exigitur enim ad veritatem illius conditionis, ut fuisset nata filia, & adhuc viveret. Et eodem modo: Si pater tuus consenserit, quando jam obiit, exigitur namque ut pater modo extaret, & amplius, ut consentiret.

Quod idem, licet obscurius, sensit Covarr. 347. 4. Decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 3. ubi sic scribit: pro senten- Secundo; hæc ultima illius cap. fin. pars, est ita Sanchez intelligenda de conditionibus à natura im- possibilibus. Secus erit dicendum in condi- tionibus, possibilibus à natura, ex accidenti tamen, vel ex lapsu alicujus in præteritum, quod redire non potest, impossibilibus. Sic enim contractum Matrimonium vel valet, vel irritum est, ex eventu conditionis. Adri. Adrianus.

in 4. de Matr. q. 6. Quemadmodum si quis contrahat cum foemina sub hac conditione: Si es virgo: Si pater tuus vivit: quævis enim præmissâ corruptione sit impossibilis virginitatis conditio, sic etiam morte patris præcedente, est impossibilis virte conditio: tamen quia contingit ex accidenti, vel ex transcurso præteriti, quod redire non potest, & de se

propria sui ipsius natura, virginitas in foemina, & vita in patre ejus erant possibilia, non rejiciuntur hæc conditions, sed vel statim valet, vel statim Matrimonium est nullum.

In quo quibusdam videri potest, Matrimonium ab ultima voluntate differre: quia in ultimi voluntatis conditions ex accidenti impossibilis rejiciuntur, & valet actus. 348. 1. Ab omnibus, §. In testamento, ff. de Legat. 1. l. Si Mævia, ff. de Hæred. insit. sed tamen illæ leges loquuntur de conditionibus, etiam à natura impossibilibus, non ex accidenti, nec ex facto præteriti: quia quævis possibile sit, aliquam habuisse filiam, tamen impossibile est, & fuit, cum vivere, si eam non habuit: quo fit ut leges illæ, etiam ad Matrimonium deduci possint.

Hinc fieri constat, ut si quis Matrimonium contraheret cum foemina sub conditione: Si ejus filia vivit, nunquam tamen habuit filiam, impossibilis sit dicta conditio in specie, licet possibile esset, illam filiam habere, & eam vivere: sed quia eam non habuit, impossibile videtur eam vivere. Haec tenus Covarr.

Et sane conditionem hanc: Contrabo te- cum, si es virgo, non rejici a Matrimonio, docet cum Aliis D. Bonav. 4. dist. 28. q. 3. n. 13. ibi: Si autem consenserit fiat per verba de præsenti; aut conditio est præterita, aut præsens aut futura. Si conditio est præterita; it: Accipio te in meam, si mortuus est pater tuus; vel de præsenti, it: Accipio te in meam, si es virgo, stante conditione, fiat Matrimonium. Atque adeo, non stante conditione, non fiat Matrimonium, juxta Doct Seraphicum, cuius sententiaz libenter subscribo.

Aversa hic q. 5. l. c. 4. §. Verum, sic ait: Aversa. Dadd 3 Quo-

An in hac re  
Matr. diffen-  
rat ab ulti-  
ma volun-  
tate.

349.  
Hanc condi-  
tionem: Si es  
virgo, non  
rejici a  
Matr. docet  
D. Bonav.

Quocumque modo conditio sit impossibilis, eadem regula procedit. Nempe, Matrimonium in re non valere, si defuit animus contrahendi, sed valere, si adfuit: presumi autem defuisse, vel adfuisse, pro circumstantiis dictis rerum & personarum. Et hoc, inquam, non solum quando conditio impossibilis est de futuro, sed etiam quando est de praeterito aut praesenti. Non solum quando conditio est impossibilis ab extrinseco, ex qualitate talium personarum; sed etiam, quando est impossibilis ab intrinseco, & apud omnes. Et è converso, non solum quando est impossibilis ab intrinseco, sed etiam ab extrinseco. Ac etiam si solo lapsu temporis, & ex accidenti redditia sit impossibilis, tam immediate quam mediate & per circuitum. Ac demum etiam si solo jure humano sit apud subditos impossibilis. Hæc ille. Tu cogita.

350.

*Conditio  
perplexitatis  
viciat.*

Refas adhuc una conditio impossibilis, quam vocant perplexitatis, quæ non rejicitur, sed viciat institutionem; ut notat Glöff. §. *Impossibilis*, Instit. de Hæred. inst. verb. *Impossibilis conditio*, ibi: *Item est quædam quaria impossibilitas, propter perplexitatem, quæ viciat, in hac: Si Titius hæres erit, Sejus hæres esto, in ff. de Condit. inst. I. Si Titius, se-quentis tenoris: Si Titius hæres erit, Sejus hæres esto: Si Sejus hæres erit, Titius hæres esto: Julianus inutilem esse institutionem scribit, cum conditio existere non posset.*

Ubi Glöff. verb. *Inutilem*: *Ratio, inquit, est in evidenti: quia ut sit Titius hæres, oportet ut primo ejus conditio impleatur, id est quod Sejus primo sit hæres, in d.l. de Hæred. inst. Sed Sejus hoc facere non potest, nisi & sua conditio impleatur, scilicet quod Titius primo hæres sit. Invicem ergo propter perplexitatem verborum, se impediunt. Sic inf. de Verb. oblig. I. Si Titius, & de Reg. juris: Ubi pugnantia. Sed ubi esset impossibilis de natura, vel de jure, valeret institutio, et habet pro non scripta.*

L. 188. ff.  
de Reg. ju-  
ris.

Subdo d. Reg. juris: *Ubi pugnantia inter se in testamento jubentur, neutrū rārum est. Patet: cùm enim par sit utriusque ratio, non constat, quod eorum tolli debeat. Atque hæc satis de conditione impossibili. Paucā subjec-  
tiamus de conditione turpi, quæ similiiter ut suprà vidimus dicto cap. fin. rejicitur à Ma-  
trimonio; de qua proinde eodem modo phi-  
losophandum est, ac de impossibili, cùm &  
ipso impossibili sit de jure, ut in principio  
Conclus. notavimus.*

351.  
*Vnde Ecclesias pre-  
sumat conditio-  
nem turpem  
haberi pro  
non adjecta.*

355.

Quæritur autem I. unde Ecclesia presumat eam haberi pro non adjecta, & esse purum consensum. Nam Ecclesia nunquam presumit esse verum Matrimonium, ubi ex ipsa forma contractus non appetit consensus, alias temerariè & absque causa presumere; sed ex forma contractus, sub conditione turpi, non appetit consensus absolutus, cùm

sæpè appellant homines eventum condi-  
tio, ut si sit carnalis copula, v.g. Con-  
tra tecum, si mibi tui corporis copiam facies?

Si dixeris: Rationem esse, ne Ecclesia pre-  
sumat peccatum inductionis ad malum Con-  
trà facit I. quod vitandam esse delicti pre-  
sumptionem, sit regula generalis, que  
omnibus rebus ac contractibus locum habet.  
I. 51 ff. Pro loco. Meritò autem adiungamus  
ita demum furii actionem esse, si per furtum  
& dolo malo amovit: quia cum furtum in-  
fecit, furii non tenevit. Et si a plenaria  
dendum est, eum, qui pars domini est  
potius suo re uti, quam furii confunditur,  
tamen constat ex toto tit. fidei Contra-  
turpem causam, non rejici conditio-  
nem à cæteris contractibus. Et alia in-  
ciale effet in Matrimonio, cùm tenet  
tisfex d. cap. finali assertat, rejici à Matro-  
nino ob favorem ipsius.

Secundò opponitur: quod adhuc S-  
er delicti præsumptio inducit em-  
absque intentione alicendi a malo, &  
peccatum scandali, preter alia occasio-  
nem ruinæ; cùm ignarus sit, vel re-  
tro animo adiactis conditio-  
mentatur Sanchez super d. 15. a. 3.

Quare (prosequitur d. 4) re-  
cur Ecclesia excludat eam conditio-  
nem ad peccandum incitat; quæ certe  
possibilis: id enim possumus, quod  
sumus, I. Neps Proculo, ff. de Ver-

Subdo ego verba hujus legi, q.  
in hac materia citatur: *Nepos Pro-  
luter. Ab eo, qui ita docemus  
commodum erit, donis filiorum  
aurei centum, putasse proinveni-  
darem peti posse? Quid si ita pro-  
potuero, doni erunt? Quid si ita  
habeat posterior obligatio, pollin-  
modo interpretari? Utrum an  
eo, an extante Proculius. Cum doc-  
promisit: Cùm potuero, doni ibi  
existimmo ad id, quod alium effici-  
tionem redigendam est. Nam qui am-  
quitur, id loquitur, quod ex his, quæ  
sunt, sensit. Proprius est tamen, ut beatus  
existimem, deducto ære alieno poterit  
iam illa accipi significatio, cum facilius  
mea potero; quæ interpretatio è magis  
da est, si ita promissum est: Cùm con-  
ducatur, hoc est, cùm sine incommode mori-*

356.  
Ergo id possumus, quod justè possi-  
& id non possumus, quod non nullum  
possumus; ergo hæc v.g. conditio, q.  
tum feceris, est impossibilis; quia non pos-  
sumus justè furari, & ideo rejicitur à Matro-  
nino, quia, ut patet, incitat ad peccatum  
Nec obstat: quod non rejicitur ab al-  
bus aliis contractibus; quia hæc est specia-

favor Matrimonii, quoniam præ cæteris contractibus Sacramentum quoddam est, & res maximi momenti. Itemque contractus favorabilis, quem in dubio sic debemus explicare, ut valeat. Quare cum dubium sit, an illa conditio ferio, & animo non aliter contrahendi, adiecta fuerit, an solum joco, præsumit Ecclesia in hoc dubio, joco adiectam, & non animo suspendendi, ut sic Matrimonium contractum magis valeat, quam pereat. Si autem aliunde constaret animus suspendendi, in utroque foro judicaretur esse Matrimonium, ut supra diximus de conditione impossibili.

Et verò quid mirarum, Ecclesiastum aut Remp. civilem, non similiter exclusisse conditionem turpem ab aliis omnibus contractibus? Quippe non sunt tanta sanctitatis, aut ita favorabiles. Nunquid Ecclesia aut jus civile exclusit ab aliis omnibus contractibus conditionem impossibilem? Minime, sed a sola ultima voluntate, tanquam maximè favorabili, & ab eadem etiam excludit conditionem turpem, 1. 9. ff. de Condit. inst. *Conditiones, que contra bonos mores inferuntur, remittende sunt, veluti: Si ab hostibus patrem suum non redemerit: si parvulum suis, patronove alimenta non praesertit.* Et l. 14. cod. *Conditiones contra editi Imperatorum, aut contra leges, aut qua legis vicem obtinere, scriptae: vel que contra bonos mores, vel derisorie sunt, aut hujusmodi, quas Praetores improbarerunt, pro non scriptis habentur: & parinde ac si conditio hereditatis sine legato adiecta non esset, capitul. hereditatis, legatumque.* Non igitur valet hic argumentum a Matrimonio, aut ultima voluntate, ad cæteros omnes contractus, aut vice versa, propter diversam dispositionem juris.

Nec etiam valet argumentum ab hac aut simili conditione turpi: *Si furtum fecerit, ad conditionem contrariantur substantia Matrimonii, ut: Si te adulterandam profiteris, quia jam non est dubia contrahens intentio, nam eo ipso quod eam conditionem adjicit, est manifestum dissensus signum, maxime si fecit eam conditionem talem esse, & insuper dispositionem juris, secundum quam non rejicitur, sed vitiat Matrimonium, de quo plura Conclus. sequenti.*

Impræsentiarum queror, an haec conditiones rejiciantur: *Si mecum concubueris: Si te virginem invenero, vel, in primo concubitu nupti placueris.* Respondeo: primam illarum, si intelligatur de concubitu fornicario, rejici, tanquam turpem, & manere Matrimonium absolum; si vero de concubitu licito & Matrimoniali, suspendere usque ad eventum. Quia (inquit Sanchez supra disp. 16. n. 3.) censetur alio modo apposita, quam jure insit: jure enim post contractum Ma-

trimoniū datur bimestre: at ea conditio intelligitur, si statim inito Matrimonio, feceris tui corporis copiam. Hæc ille.

Sed dicet aliquis: non video, quā ratione hæc conditio sic intellecta, suspendat Matrimonium usque ad ejus eventum; nam eventus supponit Matrimonium jam contractum, ut patet ex illis verbis Sanchez: *Si statim inito Matrimonio &c.* Ergo supponitur initum Matrimonium, antequam fiat copia corporis, ergo ab illa copia corporis, non dependet valor illius Matrimonii; sed potius esse à valore illius Matrimonii, pendet honestas ipsius copiae seu copulae.

Sic discurrat Aversa hic q. 5. sect. 6. §. 357. *Vorām, ubi ita scribit: Verū si hæc conditio accipiatur suspensivē, ita ut quis non intendat, ut perficiatur contractus, nisi eā adimpleatā, est prorsus turpis & illicita; atque adeo se habet sicut de conditionibus turpibus in universum dicebamus, & dum ex animo apponitur, in re suspendit contractum, usque dum adimpleatur. Patet: quia si quis non intendat perficiere contractum, nisi per executionem talis conditionis, jam prius debet adimpleri conditio, quam valere conjugium: ergo tunc copula non est conjugalis, sed fornicaria, quæ utique est illicita.*

Quare illa conditio, suspensivē sumpta, 358. non potest intelligi de copula conjugalī, & *suspensivē* sic non est intrinseca conjugio. Nec etiam *suspensa non de coiunctione talis copulae intrā bimestre,* potest intellegi de copula conjugalī. *ut dicitur extrinseca, sed honesta. Sed alter accipi potest in vim obligationis, ac si dicatur: Contra tecum cum pacto & conditione, ut debas copiam tui corporis mihi facere, sive determinando intrā bimestre. Et sic simpliciter quidem includitur in ipso conjugio. Cum hæc verò determinatione, intrā bimestre, superadditur ultra obligationem intrinsecam. Et obligabit quidem, quoniam est de re honesta & licita, & pars quæ sic promisit, cessit juri suo de bimestri. Si tamen nolit id adimplere, ad summum peccabit contra justitiam, seu promissionem; integrum tamen & firmum manet Matrimonium, nisi solvatur per realē professionem in Religionē. Hucusque Aversa.*

Sed dememinisse videtur ejus, quod scriperat q. 3. sect. 2. §. *Rursum Censetur, inquit, sufficiens signum Matrimonii, & consensus de presenti, si post sponsalia, & promissionem de futuro, sequatur actualis copula. Ita habetur expressè in jure cap. Vt pre. enti.*

Et ratio est: quia Ecclesia, ne culpam fornicationis in tali actu agnoscat, omnino præsumit copulam haberi vero affectu conjugalī,

584 *Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.*  
consenseris in copulam, sive, si coerit, si intelligatur de consensu aut concubitu illius. Matrimonium est purum; reiectorum ex contractu tanquam turpis conditio. Non hoc omnes convenient. Si vero semper de consensu licito, vel copula licita, non potest esse Matrimonium suspensus, si omnino perfectum.

Idemque ostendit manifesta ratio. Necesse est, ut id, quod sub conditione posteriori ratione & natura conditione eventu, itaque prius est adimpleri conditionem, quam perfici contractum. Unde cap. 2. diximus, impossibile est illud constitutionem: *Si Caius heres eius filius res esto;* quia Caius heres esse non possit nisi prius ratione filius exhaeredet. Autem conditione, exhaeredatio filii posterior Caii heredes institutione repugnat.

Igitur consensus perficiens Matrimonium, sive contractus perfectus Matrimonii, posterior esse deberet copula, vel in copulam, quam copula est illuc. Ergo nunquam potest esse alia, nisi prius sit perfectum Matrimonium. Nam contradictione ejus generis est, ut non constat Matrimonio, non possit non esse turpis, ut non sit turpis, jam debet esse perfectum Matrimonium, & ex consequenti test esse suspensus usque ad eventus conditionis. Et idem dicendum de conditione, quia nisi perfecto non potest non esse turpis, ut non sit turpis, aut quae necessario Matrimonium, ut communiter.

Quare recte dixerunt nominati interpres, quos resert Sanchez de hanc non habere vim conditionis, quia tacite inest ea conditionis, non esse perfectum Matrimonium. Vel potius ego dicem: illa conditione dicari modum, secundum quem non possit contrahi Matrimonium, scilicet non ad vacandum genite vivendum, sed ad liberorum, iuxta ea, quae de fine Matrimonii dicitur. Hactenus Pontius. Conferatur que ad sua principia, quae loco finitum rejecimus, & ideo hic suspensus rejiciendis. Videantur ibi dicta.

Venio ad 2. conditionem: *Si ergo invenero*, de qua docet Sanchez, *sive* 68.

*intelligatur, per perfectum Matrimonium,*

*vel aliquam justam indaginem, non possit*

*sed suspendit; quia est conditio honestatis*

*verò intelligatur per concubitum, etiam*

*quis, quia incitat ad peccandum, & quando*

*conditio virginitatis honesta sit, atque*

360 *Quid si aliqua*

*qua declaret, se illam habere non animo mariti, sed fornicario: tunc quidem cessat illa*

*præsumptio, & non deberet censeri Matrimoniū;*

*quidquid contradicunt plerique Juristæ apud Menochium de Præsumpt. lib.*

3. *Præsumpt. I. n. 14.* sicut si in contrahendo verbis Matrimonio, quis protestatur, se non habere animum contrahendi, non deberet censeri contraxisse. Et multo facilius est, ut quis habeat copulam animo fornicario, cum tam frequenter soleant homines in hoc peccatum incidere: quam ut contra expressam & seriam declarationem atque protestationem suam, habeat verum animum contrahendi. Haec ibi Aversa.

361. *Oppugnatua*

*sententia*

*Aversa.*

Quæ si vera sunt (ut puto) quæ ratione verum erit, quod docet q. 5. sect. 6. §. *Volum:* Illa conditio (de habenda copula) suspensivè sumpta, non potest intelligi de copula conjugali? Nonne copula conjugalis est, secundum hunc Autorem, quæ habetur post sponsalia, absolutè contracta? Cur ergo non erit copula conjugalis, quæ habebitur post Matrimonium, contractum sub conditione, de habenda copula? Siquidem in utroque casu, copula est signum absoluti consensū de presenti. Ergo vel in utroque, vel in neutro casu est copula conjugalis.

Opposita vera est juxta Aversa principia.

362. *Ipse est vera*

*in principiis*

*Pontii.*

Ac proinde in illa sententia Aversa, scilicet, quod copula carnalis possit esse signum sufficiens ad contractum Matrimonii, quam & nos defendimus Sect. 3. Conclus. 5. nihil officit, quin illa conditio: *Si copiam tui corporis mibi feceris*, suspensivè sumpta; intelligi possit de copula conjugali: securus in sententia Pontii, qui docet, ut loco statim citato vidimus, aliquid signum externum consensū de praesenti præcedere debere istam copulam, ut sit licita.

Hinc consequenter Basilius bene docet, in

casu proposito copulam illam non posse esse

conjugalem seu licitam, nisi præcesserit aliud signum externum consensū absoluti de praesenti. Subscribo ejus verba ex lib. 3.

c. 8. n. 5. Ceterum mihi longè alterum di-

cendum videtur, & manifesto, ni fallor,

fundamento; sive dicat: *Contraho tecum, si*

B  
Sacra  
de

apponitur, ut turpiter exploranda, est turpis & inhonesta; unde meritò cā rejectā remanet contractus purus.

Hanc doctrinam approbat Aversa suprà § Sepimō dēmū; quāvis existimet, illam conditionem, etiam priori modo intellectam, non esse urbanam conditionem, nec ab honesta muliere acceptandam. Porro Pontius suprà num. 6. censet Sanchium hīc sibi non constare, quod sic ostendit. Hæc conditio: *Si te virginem invenero per concubitum, æquivaler huic: Si tecum concubuero, ad explorandam virginitatem.* Ergo eodem modo Sanchez judicare deberet de ista, ac de illa, de qua paulò suprà: *Si tecum concubuero. Sicut ergo dixit, illam aliquando suspendere, si fermo sit de copula licita, idem etiam de ista dicere debuistis.* Hæc illa.

Ego autem dico quod posterior conditio potest esse sola copula, prior vero copula est & virginitas, seu cognitione vel inventio virginitatis per copulam ex quo fieri potest, ut hæc copula sit vera fornicatio, quia copula cum persona non sua; secundis illa copula; quia per illam perficitur semper Matrimonium, tanquam per signum consensū ab soluti de praesenti, adeo que semper est copula cum sua, non quidem sua antecedenter ad copulam, sed concomitante. Ex hoc conditio: *Si te virginem invenero per concubitum, non æquivaler huic: Si tecum concubuero.* Cūmque semper animus, faltem unius partis, ejus videlicet, quæ vult inventire virginitatem, si anceps, nunquam poterit concubitus ille esse licitus, quia vult eum, tamēsi foret fornicarius, si vult eum cum dubio fornicationis; quia cum dubio virginitatis, ad quam tamē alligavit suum consensum.

Sed nunquid eodem modo philosophandum de 3. conditio, scilicet: *Si in primo concubitu mihi placueris?* Videtur quod sic. Nam semper etiam hīc est animus anceps; adeo que concubitus ille nunquam potest esse matrimonialis, quia semper est dubia illa complacentia in concubitu; prōindè qui sic volunt concubere, exponunt se manifesto periculo fornicationis, quia volunt concubere, tamēsi non adit illa complacentia, quæ merè per accidens conjungit; atque adeo semper est conditio turpis, utpote quæ non possit evenire sine peccato.

Sed audiamus Pontium suprà num. 7. Si fermo, inquit, sit de exploranda virginitate per concubitum illicitum, turpis est, & rejicienda. Si de exploranda virginitate per concubitum licitum, non suspendit; quia ut perfectus sit contractus, necesse est, ut concubitus liceat; attamen tunc explor-

rata virginitas, aut defectus illius, non est conditio resolutoria, quæ vel viciat Matrimonium, quia est contra substantiam Matrimonii, vel nihil nocet. Eodem etiam modo philosophandum est de ista conditio: *Si mihi placueris in primo concubitu.* Si fermo sit de primo concubitu honesto, non suspenditur conditio ex vi concubitus; sed si complacentia illa ponatur tanquam conditio resolutoria, quæ est contra substantiam contractus Matrimonii, vel viciat Matrimonium; vel nihil nocet. Sensus enim est: *Contra hō tecum, et si postea concubens tecum, non te invenerim virginem, vel displiceris, Matrimonium sit nullum.* Hæc illa, juxta sua principia.

Quarit autem ibidem num. 8. quid dicitur de ea conditio: *Contraho, vel, An hoc contraham tecum; si decem mihi dederis.* Et quidem, inquit, in hoc certa juris dispositio est, eam conditionem non esse turpem, cūm valeat apponi in sponsalibus, etiam juratis, juramentum autem non potest esse iniurias vinculum. Sic constat ex cap. De illis, de Condit. apollinis, ibi: *C. 3. de Si vero aliquis sub hujusmodi verbis: juramento alicui mulieri præstiterit: Ego te in posse uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris: Reus perjurit non habebitur, si eam nolentem sibi solvere, quod sibi dari petuit, non acceperit in uxorem.* Ubi Gloss. verb. *Si tantum, ait: Talis conditio licita est in sponsalibus, ut hic patet..... si tamen in modum penae adiudicatur; ut, Si tecum non contraham, dabo centum, non valet.*

Sed huic Pontificis decisioni obstat vi detur (inquit Pontius suprà num. 9.) responsum Celsi Jure-Confulti in l. 1. *Si ita stipulatus fuero, q. Stibi nupsero, ff de Verb. 1. 97 ff. de obilig. Si tibi nupsero, decem dare spondes? Verb. obilig. Causa cognitæ denegandam actionem puto. Nec raro probabilis causa ejusmodi stipulationis est. Item si vir à muliere eo modo, non in dotem, stipulatus est.*

Ex quo liquet, eam conditionem reprobari in iure tanquam turpem, cūm per illam redditantur quodammodo venalia Matrimonia, contra bonos mores, l. 2. ff. de Donat. inter L. 2. ff. de virum & mulierem. Ubi redditur ratio, quare non valeant donationes inter virum & mulierem: *Quia sepe futurum est, ut discuterentur Matrimonia, si non donaretis, qui posset, atque è ratione eventurum, ut venalitia efficiat Matrimonia.* Sicut ergo non valeret talis promissio constante Matrimonio, l. 3. cod. §. L. 3. cod. 10. ibi: *Et si stipulanti promissum sit, vel accepto latum: nihil valet, ipso enim iure, quæ inter virum & uxorem donationis causâ geruntur, nullius momenti sunt.* Ita &, si in id tempus promissio conferatur, l. Quod sponsæ, 4. Cod. de Donat. ante nuptias. *Quod sponsæ cā lege*

Eccc  
do-

369.  
An hoc con-  
traham tecum; si decem mihi  
dederis, si  
turpis.

370.  
An pars af-  
firmans bene  
probatur ex  
stipulatus fuero, q. Stibi nupsero, ff de Verb. 1. 97 ff. de  
oblig. Si tibi nupsero, decem dare spondes? Verb. obilig. Causa cognitæ denegandam actionem puto. Nec raro probabilis causa ejusmodi stipulationis est. Item si vir à muliere eo modo, non in dotem, stipulatus est.

586 donatur, ut tunc dominum ejus adipiscatur, cum nuptiae fuerint secutae, sine effectu est.

371. Verum facili responderetur (prosequitur  
Ostenditur quid non, ex Pontio.  
Basil. sup. n. 10.) non omnino excludi eam conditionem, ut turpem, à Celso; sed quando non subest probabilis causa ejus promissionis & honesta, datis scilicet aut similibus, ad onera Matrimonii portanda, vel ad compensandum excedens aut qualitatis excessum. Et ideo expressè dicitur in textu: *Causa cognita actionem denegandam, id est, si non reperiat justa causa ejus stipulationis.* Quare non statim ea conditio: *Si decem dederis, rejicienda est, sed adhibendo à judice cognitione causæ, an ex honesta & justa causa facta fuerit.*

L fin. ff de Aet. & oblig. Quod & confirmat elegans textus in I. fin. §. Seja, ff. de Act. & oblig. ibi: *Respondi, ex personis causisque, cum cuius notio sit, estimaturum, an actio danda sit.* Valet itaque ex honesta causa ea conditio: *Si centum mihi dederis, ex causa tamen lucrative.* Addendum tamen, multo certius esse, si ab alio extraneo ea conditio apponatur, valere, ut: *Dabo 100. Seja, si nubat Titio, 1. i. Cod. de Inslit. & subtit. etiam cum illa foemina, extranea ille ante rem habuisset; licet enim promissione invitare ad Matrimonium.* Hactenus Basil.

372. Quero autem ego; an ea quæ hucusque dicta sunt de conditione impossibili & turpi, non tantum locum habeant in Matrimonio, sed etiam in sponsalibus, que sunt via ad Matrimonium? Et videtur quod non. Primò; quia dictum cap. fin. est correctiorum juris nature, secundum quod conditio impossibilis irritat, & turpis suspendit consensum; ergo non est extendendum, sed potius restringendum; arg. Reg. 28. de Reg. juris in 6. Reg juris in 6. Quia à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentia sunt trahenda. Et 1. Quod contra, ff. cod. *Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia.* Porro dict. cap. fin. loquitur de falso Matrimonio; ergo non est extendendum ad sponsalia.

373. Secunda probatio. Secundò; quia dict. cap. fin. rejicit conditionem impossibilem & turpem à Matrimonio, favore illius, id est; quia Matrimonium est contractus favorabilis: atque sponsalia non sunt contractus favorabilis; ergo &c. Minor probatur; quia in cap. Series, 26. & cap. *Cum in tua, 44.* de Test. & attest. deciditur, post post publicatas attestaciones, recipi testes ad improbandum impedimentum, objectum contra Matrimonium contractum, quod est in Matrimonio favorabile, ut notat Gloss. cap. *Juravit, 6. verb. Partibus, de Probat.* & tamen in sponsalibus non admittuntur testes publicatis attestacionibus, ut habetur dicto cap. *Juravit, docente que ibi Gloss. verb. Partibus, Abb. ibi n. 2. & omnes.* Cùm ergo sponsalia non sint favo-

rabilia, ut est favorable Matrimonium, favor concessus d.c. fin. Matrimonio, non est extendendum ad sponsalia.

Responde Sanchez supra n. 3. non probri ex iis textibus, sponsalia non esse contraria favorabilem, sicut est Matrimonium, nam etiam in Matrimonio non semper publicatis attestacionibus admittuntur testes: quare d.c. *Cum in tua, non absurde definitur, sed cum limitatione, scilicet: in hoc casu, ubi Gloss. Id est, inquis, in causa matrimoniali.* Sic exponit Jo. & secundum iacet, quod si aliqua pars probatu*cum iaceat, pars alia publicatis attestacionibus, probare consanguineum.*

Et aliquibus interpoliis sic sit: *Erburn istud quod dicit, In hoc casu, non solum in causa matrimoniali, sed etiam in eadem parte, de juris rigore debet ibi eodem articulo, & eodem modo, ut iam in causa appellationis, sup. ad Partibus, & supra de Probat. Juris, admodum Sponsalibus, sed si debet exponi, In hoc casu, si in probata est consanguineum non dicendum, poterit altera pars publicatis attestacionibus, improbare consanguineum, ut in causa bujus cap. cum agitur de probatis personis, ut dictum est. Idem sit in eiusdem momento supra eodem: Extremis.*

Et ratio est: quia in dissolvente monio subest periculum anime, dissolvendi sponsalibus, ut docet dict. cap. *Juravit, verb. Partibus, teſt dici super isto contrario, quidam, loquitur in Matrimonio, unde admittuntur ibi testes in probato, monii, ad ostendendum, quod non est consanguineus: unde frater eius ibi ageretur, alios contra statuerat.* & infra de Testibus. Licet ex quodam decreto loquitur in contrahendo, unde periculum est super probatum, si periculum jungantur: unde ante apertum non probavit probari in contrarium; sed in causa Matrimonii, jam contrahi, potius possit, quare ibi admittuntur etiam in causa Matrimonii, quia sententia contra Matrimonium, non transit in rem iudicatam, & falsitate probata &c.

Quare (ut bene ait Abbas ihu quando in sponsalibus subest timor publicatis attestacionibus: ut si imponatur contra sponsalia nondum probatum, ut publicatis attestacionibus producentur testes, ad id probandum, admittentur maxime, si facientes sequatur animae periculum, si imponebantur sponsalia per Matrimonium, Sanchez ad ultimum argumentum propositum negativa.

Ad primum autem dicit: quando decreatum correctorum non est in poenam, nec in aliquibus odium, sed declaratorum voluntatis ob bonum commune, & favorem contractus, extendi debere ad casum similem, & in quo similis ratio militat: at cap. fin. non statuit rejici conditions impossibilis ac turpes a Matrimonio, in odium & poenam adjiciuntur: nam similiter rejiceret a ceteris contractibus; sed id definit favore Matrimonii, ut potius conservetur, quam perire, ut ibi dicitur: cum ergo sponsalia dispositio ad Matrimonium & via finit, idem favor ad ea extendi deberet; expedit enim ad Matrimonii bonum conservari sponsalia.

Atque haec sit ratio sententiae affirmativa, que, ut ait Sanchez supra n. 2. est consors omnium DD. ratio, inquam, sit, quod sponsalia sint initium quoddam Matrimonii; atque ita dispositum in Matrimonio, censeri debet dispositum in sponsalibus; l. Oratio, 16. ff. de Sponsis. Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, que quasdam nupias in personam Senatorum inhibuit; de sponsalibus nihil locuta est, recte tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso iure nullius esse momenti; ut suppleatur quod orationes deest.

Et quamvis fatear (inquit Sanchez supra) hanc rationem non multum urgere, & facile dilui posse: at ea, adjuncta communione omnium DD. intelligentia illius cap. finalis, & ita ab initio receptum esse, fortissime 378. urget.

Hanc sententiam, quantum ad conditiones turpes, docent inter alios Doctor Angelicus S. Thomas 4. dist. 27. q. 2. a. 1. in corpore, & Doctor Seraphicus S. Bonaventura 4. dist. 28. q. 3. n. 13. ibi: Aut enim est conditio honesta aut in honesta. Si est honesta,stante conditione, stant sponsalia, non stante, non stant, ut si quis dicat: Contraham tecum, si placuerit patri meo, et si tu volueris converti ad fidem. Si autem est in honesta, duplex est. Aut se contra substantiam Matrimonii, aut non. Si contra substantiam Matrimonii, tunc nulla est obligatio: ut si dicat: Contraham tecum, si procuraveris venena sterilitatis, vel aliquid hujusmodi. Si autem est in honesta, & non contra substantiam Matrimonii, ut si dicatur: Contraham tecum, si furatus fueris, vel, si Deum offenderis, talis conditio pro non adiecit habenda est. Et hoc totum probatur per illa, que dicuntur extra in 4. lib. de Conditionibus appositis in desponsatione. Atque hec satis de conditione impossibili & turpi.

Ex quibus nullatenus sequitur, Ecclesiam facere Matrimonium validum, quod antea erat invalidum. Quid ergo facit? Respondet: ad summum per dictum caput finale facere, ut quod ante illud fuisse in validum, jam censeatur validum. Sicuti quando re-

duxit affinitatem ex copula forniciaria, ad secundum gradum, fecit, quod Matrimonium in quarto gradu sit validum, quod ante reductionem erat invalidum.

Sed nunquid eadem ratio seu dispositio illius conditionis, qua est contraria substantia Matrimonii, aut bonis ejus? Responso negativo liquido constat ex dicto cap. fin. Sit igitur

### CONCLUSIO IX.

Si conditiones contra substantiam

Matrimonii inserantur; putata, si alter dicat alteri: *Contraho tecum, si generationem prolis evites*: vel, donec inveniam aliam honore vel facultatibus diorem: aut, *si pro quatuor adulterandum te tradas*: Matrimonialis contractus, quantumcunque sit favorabilis, caret effectu.

**S**unt ipsissima verba dicti cap. finalis de Condit appos proinde haec Conclusio solùm indiget expositione, seu explicacione. Ut autem plena sit, distinguendum & diligenter considerandum videtur (inquit Avernia hic q. 5. sect. 5. §. Pro resolutione) dupl. citate apponi posse conditionem in contractu: *Aversa* uno modo per viam suspensionis, alio modo per viam obligationis.

Apponitur per viam suspensionis, quando contrahens non alter intendit valere, & per viam contractum, nisi verificetur illa conditio: ideoque tunc suspenditur valor contractus ad ejus conditionis eventum.

Apponitur per viam obligationis, quando contrahens intendit, runc quidem absolutè inire contractum, sed sub certis pactis & obligationibus cum altera parte, intendens illi imponere talem obligationem, sive exigens ab illa talem promissionem, & si altera pars accepta hujusmodi obligationem, firmat promissionem.

Quo casu passim dicuntur humani contractus celebrari cum certis conditionibus & pactis: ubi sane non remanet suspensus contractus usque ad conditionis implementum, sed ex tunc firmus & absolutus est contractus, cum obligatione tamem partium ad servandas & adimplendas conditiones impositas. Et passim in contractu Matrimoniali, sive sponsalium, praevio ad Matrimonium, solet apponi tales conditiones seu obligationes, videlicet ut solvatur tanta dos, intrat tantum tempus & similia: nec tamen suspenditur valor Matrimonii, usque dum impleatur

Eeee 2

380.  
Duplici modo apponi posse conditionem in contractu.

381.  
Et per viam obligationis.

tur talis conditio: quinimo etiam si non adimplatur, nullus dubitat valere absolute ipsum Matrimonium. Hucusque Aversa.

382. Et persequitur dicens : Praetermitto ter-  
tium modum, quo dicitur posse apponi con-  
ditio per viam resolutionis, ut faciliest con-  
trahentes velint, posse dissolvere Matrimo-  
nium, quando post illud contractum non  
adimpleatur conditio. Nam hoc effet velle

adimplatur conditio. Nam hoc est ut velie  
contrahere Matrimonium dissolubile, quod  
prorsus repugnat: & talis consensu plane  
non sufficit ad Matrimonium. Hæc ille.

**383.** Quibus suppositis, probatur Conclusio ex  
Probatio.  
**Conclus. ex** Sanchio lib. 5. disp. 9. n. 3. quia sine sub-  
stantia nihil potest subsistere; c. *Tua nos*, 16.  
**Sanchio.** d. *Sed si* lib. 5. disp. 9. subsecutio. Mari-

de Sponalibus, in fine: sed substantia Matrimonii consistit in consensu ad societatem conjugalem, sub quo tacite includitur, ad perpetuam societatem, ad fidem mutuā sibi servandam prolemque suscipiendam, quæ sunt tria bona Matrimonii, c. Omne, 27. q. 2. Ergo conditiones, quæ his adversantur, destruunt substantiam Matrimonii, & conse-  
quenter ipsum annullabunt.

*Secunda pro-  
positio.* Præterea : quia alii contractus annullan-  
tur ob conditionem , eorum substantiaz ad-  
verfant ; ut si societatis contractus in auctoritate  
eæ lege , ut lucrum & damnum commune non  
sit , vel venditionis eæ conditione , ut emptor  
rei venditare dominium non compareret : ergo  
similiter conditio , repugnans substantiaz  
Matrimonii , illud vitiabit .

**384.** Ex quo infert Sanchez ibidem n. 4. Conclusionem esse veram, etiam stando in iure naturali. Quare Pontifex dum dicto cap. fin. definit, conditiones has vitiare Matrimonium, nihil novum statuit, sed quod jus naturae dictabat, declaravit. Hæc ille,

Sed quæ ego: unde id constat? Nam vel illæ conditiones implendas sunt, antequam Matrimonium sit absolutè contractum, vel dumtaxat ipso Matrimonio jam absolutè contracto; id est, vel illæ conditiones apponuntur per viam suspensionis, vel per viam obligationis. Si ultimum dicatur, jam non erit Matrimonium conditionatum, saltem propriè dictum, sed absolutum, adjunctâ obligatione evitandi prolem, adulterandi, aut Matrimonium dissolvendi; porrò Pontifex in dicto cap. fin. videtur loqui de Matrimonio propriè conditionato; nam de illo loquitur, ut patet ex præcedenti Concluſ. in posteriori parte illius capituli ibi: *Licet alia conditiones apposita &c.* Ergo similiter in priori parte; videatur, inquam, loqui de Matrimonio, cuius valor pendet in futurum ab illis conditionibus, ita ut ad positionem eorum, jam solum contraheretur Matrimonium.

385. Et tunc difficillimum est ostendere, quo-  
An possit in modo illæ conditions jure naturæ vitient

Matrimonium, prout vitare docet Sanc-  
tus Iustus, n. 9. in fine dicens: Sed hanc  
lupra, tiam ( scilicet, qui afferit, Conclu-  
sionem intelligendam esse de solis conditione-  
sibus in vim obligations) tenet Lucifer  
pez 2. parte Instrutorum novi, Mart.  
Marr. c. 4.2. fol. 1088 Sed merito Cor-  
decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 7. alias quo  
dubiam, & jure optime contra illam  
dicens, in utroque casu virtute Mammoru-  
quia textus d. cap. fin. generaliter  
de conditionibus contrariorum Matrimoniis  
propriè est conditus, quando superponit  
cundò; quia quando ponitur ea contraria  
penfvis, adhuc inducere obligationem  
namentum Matrimonio, quando finis  
ditione contractum est, ergo adhuc  
Hæc ille.

Sed in primis perperam citate sententia, ut ofteudo ex ejus verbis hinc pris: Quartò his adiiciuntur etiam nenda huic Conclus. interpretatione, ut intelligatur Matrimonium esse ex adjectione conditionum, non constantiam, quando coniuges intendit Matrimonium contrahere, hoc est, ut hanc conditionem servet, ut ipsa conditionem inducere, cuius in re cœcum, trabo tecum Matrimonium, non habent, trahendi; & tamen volo te adiungere, nenum assumere sterilitatem, hoc est, qui, hoc modo contrahunt Matrimonium, contrahere intendunt, & ea conditionem adiicere, que omnia substantia conjugii. Secundum partem, qui has conditiones adiiciuntur, here, donec conditions evenient, conditions minime concurrente, sed suspenderit ipse Matrimonium sensus; & illæ conditions raro reperiuntur, ex 2. parte d. cap. iii. hoc casu Matrimonium valeat, alter nota Adrianus 4. q. 9. deinde Lectorem admonere, quod in eis opinione, proper verba in sectione parte 2. expressa. Hucusque Cova

Verè ergo dixit Sanchez: Cor  
hanc sententiam esse dubiam; *adversarius*  
affirmit: Covarr. jure optimo contri-*adversarius*  
net, dicens, in utroque casu vide  
monium, cum in terminis contraria-*adversarius*  
An autem Covarr. bene citet pro lec-*adversarius*  
tia Adrianum, non est adeò clarum  
dicit, inquit, Sanch. sup. non vivere  
ditiones, quando adiunguntur per  
assertions, sed solum, quando per mis-  
obligations, quod est dicere (*adversarius*)  
plicas se ibi in solutione ad 3. non nisi  
quando sunt de prefacti vel de futura.  
sed tantum, quando sunt de futuro. *adversarius*  
Et hoc etiam Adrianus inspe. pro lec-*adversarius*

## Audiamus Adrianum, ipse p.

Si talis conditio solum ponatur per modum assertio-  
nem, non est contra substantiam Matrimoni-  
i, ut clarum est cum dicitur: *Si pro-  
curabis venenum sterilitatis; si pro queflu adul-  
teris*, sed tanquam turpes habentur pro  
non adiectis. Secus quando inducuntur in  
vim obligationis ad res conditionatas seu in  
conditionibus contentas, vel exemptionis  
ab obligatione ad contractum. Et sic proce-  
dit rex. in cap. fin. de Condit. appos. Hæc  
ille in solutione ad 2.

Ad 3. autem sic ait: *Conditio adducens aliquid in obligationem, ad cuius contrarium est obligatio Matrimonialis, seu quā contrahentes se volunt obligare ad aliquid contra obligationem Matrimoniale, facit contractum nullum: secūs quando sub existentiarei conditionatae seu conditionis, & sic per viam assertiois solum contrahere volunt, ut suprà dixi. Si petas utrum ergo illæ conditions quasi turpes haberentur pro non adiectis. Dicit Paludanus 4. dist. 29. q. 2. a. 5. Conclu. 1. in fine. Conditio turpis, qua incitat ad peccandum, habetur pro non adiecta: non sic de præterito vel præfenti, & hoc facit magnam limitationem dicti cap. fin. Haec tenus Adrianus. Citandus utique magis pro sententia Covarruviae, quam Sanchii.*

Utut sit de mente Adriani, verius videtur, Pontificem locutum fuisse in d.c. fin. de Matrimonioiis absolutis cum aliquo pacto, ibi enumera-  
merata præstanti, & non de Matrimoniiis propriè conditionatis, quod sic ostendo. Conditio contraria substantiæ Matrimonii, de præsenti quidem, sed de præterito, non alia potest apponiri per viam suspensionis, nisi *Si venena sterilitatis sumpsisti*: quia de reliquo: *Si fidem conjugalem non servasti; si conjugiam diffloxiisti*, non possunt referri ad præfens Marrimonium; sed ad summum ad aliud fortè præcedens; unde non sunt contra substantiam præsentis Matrimonii, dummodo tamen mulier de præsenti sit libera & soluta, mortuo jam priori viro.

Sed illa ergo conditio, stante intentione, & confusu illi conformi, verè, si in re non adest illa conditio, non valet Matrimonium, quia deest intentio: si adest, id est, si mulier sumpsit venena sterilitatis, dici debet valere Matrimonium; quia ipse confusus continet quidquid est substantiale Matrimonio; scilicet, plenam traditionem corporum, prout requiritur ad conjugium futurum, quāvis de præterito adhibita sit illa actio, contraria generationi proli. Sed si cut mulier, que sumpsit venena sterilitatis, potest adhuc validè nubere, ita posset valere Matrimonium viri, cum illa contractum, sub tali conditio de præterito. Ita Aversa suprà §. *Item verò*.

Et persequitur dicens de futuro etiam post 390.  
test facilè intelligi talis conditio: *Si venena Quanam  
sterilitatis sumes. Sed de reliquo non appetit, possit in hoc  
quomodo alias conditiones contra substantiam Matrimonii possint apponiri per viam  
suspensionis, quinim in iis involvetur re-  
pugnantia in adjecto. Nam si vir dicat mu-  
lieri: *Contraho tecum, si te adulterandam pro-  
fitus*, utique adulterium cum uno, præsupponit conjugium cum altero: ergo non potest esse, ut velet suspendere conjugium usque  
dum mulier committat adulterium cum altero. Quid si intelligatur, *Si te violandam  
profites*, per fornicationem scilicet, quæ  
non sit adulterium, hæc efficit simplex con-  
ditio turpis; non autem contra substantiam Matrimonii: atque adeo se habebit, sicut de aliis simplicibus conditionibus turpibus di-  
ctum est.*

Similiter dicens: *Contraho tecum, si mihi  
debitum conjugale negabis*, involvit eandem 391.  
repugnantiam: quoniam usque dum sit abso-  
lutum & perfectum conjugium, non con-  
surgit debitum conjugale, nec habet locum  
negatio debiti: ergo planè repugnat, talem  
conditionem apponi per viam suspensionis,  
suspendendo conjugium usque dum illa im-  
pleteatur. Nam est conjugium, si ibi cadit ne-  
gatio debiti: non est conjugium, si suspen-  
ditur usque ad executionem conditionis. Quid  
si solum intelligatur, *Si negaveris mihi copiam  
tui corporis*, hæc conditio non solum non est  
contraria bono fidei, & substantia Matrimo-  
ni, sed nec est turpis; immo eadie sub præcep-  
to, ut non præbeatur copia sui corporis ante  
perfectum & absolutum conjugium.

Clarissime demum patet, non posse appo-  
ni suspensione aliam conditionem contra per-  
petuitatem Matrimonii, dicendo: *Contraho tria ejus per-  
tecum, donec alteram pulchriorem invenero: qui perireat,*  
enim hoc diceret, intendit potius solvere  
Matrimonium, quando talis conditio imple-  
bitur, tantum abest, ut suspendat Matrimo-  
nium, quasi perficiendum, dum conditio im-  
plebitur. Quid si quis alio modo diceret.  
*Contraho tecum, si non alteram pulchriorem in-  
venero*, intendens per certum tempus, v. g.  
per annum perquirere, an alteram pulchrio-  
rem inveniat, & si non invenierit, intendat  
habere illam pro tunc in uxorem; hæc qui-  
dem efficit conditio suspensiva, sed certè non  
est contra perpetuitatem Matrimonii, quia  
non importat dissolutionem Matrimonii,  
postquam contractum erit: sed solum importat  
dilationem Matrimonii, usque ad illud  
tempus, & eventum illius conditionis: quare  
se haberet ad instar aliarum simplicium con-  
ditionum contingentium de futuro.

Per appositionem ergo illius conditionis:  
*Si venena sterilitatis sumes*, intendendo sus- 393.  
pendere contractum, usque ad illius execu-  
tionem, Quid si ap-  
ponatur, & hæc

Eccc 3

590 conditio: Si tamen, sane tunc non perficitur Matrimonium; siquidem deest intentio absolute tunc sterilitatis su-

perficiendi similiter non adimpleret amplius mes? tali conditione, nunquam perficietur tale Matrimonium ex vi illius consensus, quia adhuc deest intentio. At vero stante quod adimpleretur postea ea conditio, distinguendum est. Aut contrahentes ab initio habuerunt quidem animum, subeundi obligationem de fuscipienda & non impedienda prole, simul tamen habentes animum, non fervandi talem obligationem, sed potius impre-

diendi prolem per venenam sterilitatis. Aut non habuerunt animum, subeundi talem

obligationem, quae quidem ex natura ipsius

Matrimonii est illi necessaria annexa.

394. Aliquando valet Mar-

Lopez.

Pontius.

Coainck.

Aliquando non valet.

395. Conditio contra substantiam Matr. posita de pactum, jure naturae vitias.

Probatur ex Pontio.

Iaque si conditio contra substantiam Matrimonii ponatur, non per modum conditionis, suspensientis perfectionem contractus; sed ut pactum, cuius implendi obligatio nascatur cum ipsa perfectione Matrimonii, sic jure naturae vitiat talis conditio contractum Matrimonii. Et in hoc sensu habet locum definitio Pontificis in d.c.fin.

Ratio autem est (inquit Pontius suprà n. 8.) quia consentitus ille in eo casu, habet pro objecto id, quod est initium duarum obligationum, omnino inter se pugnantium. Nam eo ipso, quod vult Matrimonium perfici, vult obligari ad servandam fidem, prolem & Sacramentum. At eo ipso quod vult sub eo pacto contrahere, vult teneri ad omnino opposita. Implicat autem has duas obligations simul nasci; nam qui vult se obligare ad unum, eo ipso vult non obligari ad aliud, quod oppositum est, cum ad opposita simul velle se obligare non possit. Cum ergo exprimat pactum, ad quod revera vult obligationem consurgere, quae opposita est obligationi legitima Matrimonii, planum est, eo ipso nolle obligationem,

qua nascitur ex Matrimonio, que ali op- posita illi obligationi, quam vult induc- expresa pactione. Hæc ille.

Sicut, si quis aliqui concedat rem aliquam precardi, ita tamen, ut eam non possit petere, contractus est nullus. L. 12. fin. Precario. Cum precario aliquid datur, si non nit, ut in Kalendas Julias precario possit, nungquin exceptione adjuvandus est, ne possit possesso auferatur? Sed nulla vis est hæc con- ventionis, ut rem alienam domino invicere posse liceat.

Sed quare nulla vis hujus conventionis? Quia illa conditio repugnat naturæ regiis, quæ in hoc consistit, quod concelebrare cum libera potestate semper reperiatur. Leg. 1. codem: Precarium est, quod præ- petenti etendunt concedunt similia, quamvis ex jure gentium descendit, & sicut a dono, eo quod, qui donat, sic dat, necesse est qui precario concedit, sic dat, quippe ex parte eius, cum sibi libauerit precarium sicut. Hæc voluntates repugnant: Volo precium illam rem, & Volo me obligari dum vere patendam intra certum tempore, atque te mutuò destruunt, si utraperdieris, & id est nulla vis est hujusmodi conventionis.

Ergo cum similiter in precontractu, duæ voluntates repugnat: Volo con- Matrimonium, & per consequens, obli- garare ad tria bona Matrimonii, fe- lem, & Sacramentum; & Volo non servandam fidem, ad prolem, & ad dissolvendum Matrimonium, fecta, nullam vim esse hujusmodi con- nū; quia illæ voluntates se contradic- si videlicet utraque sit ex quo elegeret, si una fuerit simplex tantum concordia altera, qua est efficax, habebit suum effectum, juxta ea, quæ diximus alio- rationibus contrarias in administratio- rum Sacramentorum.

Exemplum sit: aliquis vult cor- corpus & Sanguinem Christi, & sacrificare, existimans bonâ fidem, ut parare consecrationem à Sacrificio constitutus, ut veller consecrari, sciret se non posse separare consecratione Sacrificii, validè confon- tunc sola voluntas conferandi, si ita est, voluntas non sacrificandi, simpliciter complacentia; è contra vero, si ita est, tuus, ut si sciret, se non posse separare consecrationem à Sacrificio, noller consecrari manifestum est voluntatem non facilius prevalere, & id est ejusmodi consecrationem lam vim haberet, utpote simplex con- placentia.

Ergo confimiliter in praesenti casu, velut contrahere Matrimonium, & dimi-

lit indissolubiliter obligari; sed dissolvere Matrimonium, dum aliam invenerit ditio rem aut pulchiorum, putans bonâ fide, id fui bi licere; siquidē ita constitutus sit, ut vellet Matrimonium contrahere, tametis nosset ejus indissolubilitatem, pravalet voluntas Matrimonialis, & ideo habet suum effectū, non obstante illo errore speculativo; scēs ita dispositus sit, ut nolle contrahere Matrimonium, si sciret ejus indissolubilitatem, tunc enim error illi non solum est speculativus, sed verē practicus, utpote dirigens illum contractū, qui, ut supponitur, non ferret, si error ille abesse, & ideo tunc viat contractū.

Supponit autem Pontifex in dicto cap. fin, contrahentes ita esse dispositos, ut si scirent, obligationem ad res conditionatas non posse oriri ex tali conventione, nolent abolutē Matrimonium contrahere; adeō quæ voluntatē obligandi ad res conditionatas, prævalere, quæ cū liquido constet, nullam vim posse habere, etiam perspicue manifestum est, Matrimonium sic contratum nec jure positivo, nec jure naturali subsistere, defectu consensu substantialis, qui debet esse de omnibus quæ sunt essentia lia Matrimonio, nec debet quidquam contrarium admittere: sed substantia Matrimonii est obligatio non impediendi problem in copula, obligatio servandi fidem conjugalem, & reddendi debitum justè petitum, & perpetuas ac indissolubilium vinculis. Quare si contrahentes, vel eorum alter, non habeat animum ad hæc se obligandi, plāne deficiunt in consensu essentiali & necessario ad Matrimonium. Non dico, si non habeat animum hæc servandi: siquidem nec ipsa actualis observatio, neque intentio ob servandi, sunt de essentia & valore contratus, sed sufficit intentio se obligandi, & hac deficiente, nullum est Matrimonium.

Ex his patet dict. cap. fin, intellectum de Matrimonio absoluto cum pacto praestandi aliquod, ex ibi enumeratis verissimum esse. Et aliunde, ut ostensum est, non potest com mode intelligi, immo absolute nequit intel ligi de Matrimonio propriè conditionato, præterquam in unico casu, & in eo non nisi jure positivo potest Matrimonium irritari; ergo dicendum videtur, Pontificem non fuisse locutum de Matrimonio propriè conditionato, sive de conditionibus suspensivis, sed de Matrimonio absoluto cum aliquo pacto; v.g. *Conrabo tecum cum pacto & obliga tione, ut generatione proles evites; ut te adulterandum proficias; ut possim te deserere, quando alteram pulchriorem invenero*: sive dicendo negati v, & tollendo obligationem intrinsecam Matrimonio, putat: *Conrabo tecum cum pacto, ut non teneamur prolem suscipere, & eadē*

care; fidem conjugalem servare, & debitum justè petitum reddere; perpetuò quoad vixerimus in coniugio permanere.

Nec refert, quod Pontifex in afferendis exemplis dicat: *Conrabo tecum, si generatio nem proles evites*; qui loquendi modus importare videtur vim conditionis suspensivæ: & non dicit: *Conrabo tecum cum pacto, ut ge nerationem proles evites*; qui modus, ut mox diximus, importaret vim conditionis obli gativæ. Nam ille loquendi modus, potest optimè denotare, etiam vim obligativam: & ex re ipsa colligitur, hanc potius impor tare, cūm in aliis duobus exemplis: *Donec inveniam dignorem: si pro quaestu adulteran dam te tradas*, non nisi haec vim importare possint. Estque ille loquendi modus sat̄ accommodatus & confactus, ad reddendum hunc sensum: quasi dicatur: *Conrabo tecum, si te obligas, si promittas, si acceptas gene rationem proles evitare &c.* ita ut cūm hac intentione, & non aliter contrahant. Ita Aver sa sup. §. Porro, in fine.

401.  
Objetio.

Restat, ut respondeamus argumentis San chii, supra ex ipso propositis. Fator, tex tus d. c. fin, generaliter loquitur de condi tionibus contrariis Matrimonio, & propriè est conditio, quando suspendit; sed ne ge neraliter intelligatur, obstant conditions specificæ, quæ, una excepta, non possunt apponi per viam suspensionis, & illa una non irritat jure naturæ, de qua tamen irritatione Sanchez intelligit præfatum textum.

402.

Resp. ad 1.

arg. Sánchez.

Ex quo patet responsio ad 2. argumen tum; scilicet quando ponitur ea conditio suspensivæ, neutquam inducit obligatio nem repugnantem Matrimonio, quod sub ea conditione contractum est, ut patet ex dictis supra, & iterum ostendo: quia quando advenit obligatio matrimonialis, jam non est amplius obligatio ad conditionem; ergo amplius non est obligatio repugnans Matrimonio.

Sed dixeris: 2. pars d. cap. fin. intelligitur de conditionibus propriè dictis seu suspensi vis, ergo etiam 1. pars. Respondeo: dispa ritatem jam esse allegatam, putat, quod exempla 1. partis, uno excepto, non possint de illis intelligi, & in illo uno non irritetur Matrimonium jure naturæ, de qua tamen irritatione intelligitur communiter præfa tus textus.

403.

Objetio sol.

Sed contraria dicet aliquis: si conditio contra substantiam contractus illum vitiet jure naturæ, non solum Matrimonium, sed etiam alium quemcumque contractum vitiare; atqui hoc fallit in primis in donatione causâ mortis, de ratione cuius est revocabilitas ad beneplacitum donantis, & tamen si appona tur conditio, ut sit irrevocabilis, valet: ut L. 27. ff. de Mort. caus. donat. se donat. quentis

404.

Alia objec.

tio.

L. 27. ff. de Mort. caus. donat. se donat.



natarii. Nam si in voluntatem donatarii finis donationis collatus esset, heredes donatoris eam non revocarent, quam tamen hic revocant. Hæc sunt verba legis: *Lucus Titius epistolam talam misit: Ille illi salutem: Hospitio illo quamdiu volueris, utraris, superioribus dicens omnibus gratiis, idque te ex voluntate mea facere, hæc epistola nōrum tibi facio. Quare, an heredes eius habitationem prohibere possint. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, heredes eius posse mutare voluntatem.*

*411.* Sed numquid necessaria hæc, correctio litteræ? Negat Pontius sup. Veram enim, inquit, interpretationem nobis offert Cuiacius lib. 17. Observat. cap. 33. Lex Cincia olim donationibus certum modum importuit, ea que certis ex causis fecit inutiles. Et inter cetera hoc ius est, ut donato, gratiæ concessio usu domus vel coenaculi, non cogatur heres illum inquinatum ferre, neque ea donatio extendatur ultra donantis vitam, contra heredis voluntatem, nisi ejus etiam voluntas accederet, quamvis dictum sit, ut quamdiu vellet hospitio uteretur. Hec enim verba strictè accipiuntur, iuxta prædictæ legis dispositiones, quamdiu vellet se vivo, vel se mortuo sine re herede. Hoc autem in mera donatione ius est. Nam in remuneratoria vim non habet, ut confitat ex leg. Aquilini Regulus, 27 ff. de Donat. quæ non lolum non pugnat cum d. l. *Lucus*, sed potius tacite confirmat, in mera donatione locum habere. Hactenus Pontius.

*412.* Subscribo verba d. l. 27. Aquilini Regulus juvenis ad Nicostratum Rhetorem ita scripsit: Quoniam & cum patre meo temperfusi, & me eloquentiæ & diligentia tua meliorem reddidisti: dono & permitto tibi habitare in illo coenaculo, eoque uti. Defunctorum Regulo controversiam habitations patiebatur Nicostratus; & cum de ea re mecum contulisset, dixi, posse defendi, non meram donationem esse, verum officium Magistrorum quædam mercede remuneratum Regulum; eaque non viseri donationem sequentis temporis irritam esse.

*27. ff.* Ubi Gloss verb. *Sequentis temporis*, inquit, *Quod est post mortem Reguli. Non ergo revocari heredes: & sic est contra, inf. eod. l. Lucius, ubi revocant. Sol. hic fuit donationis simplex: ibi Precarium. Hæc falsa: quia non fuit donationis simplex. Secundo; vel hic ab extraneo patiebatur controversiam, ibi ab heredibus concedentis. Tertio; Tertiis dicunt; hic esse donationem ob causam, ibi simplicem donationem. Sed secundum hoc, quare ibi reveratur: ut Inst. de Donat. §. Alix. Respondit, secundum vetera iura, quando non nascebatur actio ex nudo pacto donationis; & sic*

cum donatarius ille non habebat possessionem aliquam, quia nec usuaris, nec fructuaris est; sed solus donator habet possessionem: potest patinere donator, vel ejus heres: nec potest à donatario conveniri; sed hodie secus erit: ut Cod. de Donat. I. Si quis argentum, § penult. Vel die, potest mutare voluntatem, ut ibi dicit: non tamen potest revocare donationem. Tu dic; hic esse remunerationem, ibi precarium, quod potest revocari, quando libuerit. Hæc Gloff. Sed ad alia progrediamur.

Fallit tertio (inquit Adversarii) regulam nostram in usufructu; quia de substantia ejus est, ut non tantum frui, sed & uti permittatur ei, cui conceditur, l. 1. ff. de Usufructu, ubi sic definitur: *Usufructus est ius, alienis rebus utendi fruendi, salvâ rerum substantiâ.* Valet tamen, si concedatur usufructus sine usu, l. *Hic stipulatio*ni, ff. *Usufructarius quemad. caveat. ibi: Ergo si fructus sine usu obigeris, stipulatio lucum habebit.*

Respondet Pontius soprà num. 9 esse usum causalem, qui nascitur ex usufructu, Duplex est sicut calor ab igne, & hic non potest ab *efi usus.* usufructu separari, aliter inutile legatum unus causa-  
liss. Pontius.  
habitacione, ibi: *Usufructus, an fructus L. 14 ff. de legetur, nibil interest, nam fructus & usus Usu & ha-  
bitus; usu fructus debet: & fructus quidem bit.*

Denique, si tibi fructus, deducto usu, legaris  
sit, inutile esse legatum, Pomponius lib. 5. ad  
Sabinum scribit.

Alius est usus formalis, qualis est in servitute, & ab usufructu separatus esse potest. In quo sensu usufructus & proprietas ad eandem rem apud diversas personas esse possunt, l. Per servum, §. fin. ff. *L. 14 ff. de de Usu & habitacione, Poterit autem apud Usu & ha-  
bitum esse usus, apud alium fructus sine usu,* apud alium proprietatis: veluti, si qui habet fundum, legaverit *T. iiii usum;* mox heres, ejus tibi fructum legaverit, vel alio modo conseruit. Plura de hac re vide apud præcitatum Auctorem.

Fallit 4. (objiciunt Adversarii) in Professione religiosa; nam de substantia stans religiosi est votum paupertatis, cap. *Cum ad Monasterium, de Statu Monachorum, in fine: Nec estimet Abbas, quid super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispeniare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regula monachali, ut contra eam, nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Rationem affigat Gloss verb. Abdicatio proprietatis: Quoniam Abdicatio proprietatis, & custodia castitatis sunt de substantia monachatus. Et nihilominus valer professio, eā conditione*

F f f

po-

*An valeat usufructus concessus si ne usu.*  
*L. 1. ff. de Usufructu.*  
*L. 5. ff. Usufructus.*

*An valeat professio sub conditione contraria:*  
*C. 6. de Statu Mo-  
nach.*

Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

§94 contra substantiam confectionis, quoniam manifestum est, quam ut indiget per batione.

Superest unum argumentum Adversorum: cum essentia, inquit; confitit indivisibili, semperque eadem mater, et invariabilis sit; quod contradicit essentiæ rei constitutio, & impedit constitutio, et veniat rei constitutio, destruet ipsam. Si homini jam constituto adveniret aliquo contrarium sue essentiæ, ipse peribit, et post initum Matrimonium adiutorum conditions, contraria ejus libenter annulant ipsum: ergo nec si adjiciuntur te contractum.

Respondeo cum Pontio supra num. 10. In illo cap. non habetur, mulierem emissam eorum cum conditione proprietatis; sed cum conditione; ut de licentia Praælati, & domi sua remanere posset, quod non est contra naturam statutis religiosis, & quod bona sua haberet ad usum, dependentem tamen à voluntate Praælati. Sic Gloss. in dicto cap. verb. *U. in domo propria*, ibi: *Verba ista*: In domo propria cum omni sua substantia, sic expone, id est, cum usufructu sua substantia ultima ante monachatum, ut de usufructu illarum rerum vixit & vestitum haberet in vita sua: quidquid enim superest debet esse & est Monasterii, et si quid deest et suppletur a Monasterio: similiis enim expositio habeatur 27. questione 1. Si quis rapuerit: & sic ista erit monacha, & potest remanere in domo quondam sua cum usu rerum, quas contulit Monasterio; sic 27. quest. 1. De viduis.

417. Fallit 5. regula nostra, ut volunt Adversarii, in Ordinatione Diaconi, quæ vallet, eâ lege factâ, ut Diaconus possit uxorem ducere, rejecta que conditio, cap. 8. distincte 28. Diaconi quicumque cum ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sint dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere, hi, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Et cap. 2. 10. qu.

C. 2. 10. 1. valet consecratio Ecclesiæ, rejecta conditione, ut non subsit Episcopi curæ: *Sic quidam contra omnem auctoritatem Ecclesiæ, quas edificaverint, postulant consecrari, ut dorem, quam eidem Ecclesiæ contulerunt, censent ad Episcopi ordinationem non pertinere.* Quod factum taliter in praeterito corrigatur, ut & in futuro, ne sit probibeatur: sed omnia secundum constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

Illa conditio non est contra substantiam Ordinis.

Et hoc conditionibus sic ferme Subtilis 4. dist. 31. q. un. num. 1. latione sequitur corollarium notandum, trahentes sub aliqua conditione, requirenti cui istorum trium bonorum, nobis famam contra primum: Accipio te in meam, ita ut mea res occurrat magis placens. *Contra primum*: Accipio te in mean, ita ut mea res servare fidem; nec affirmari vult ad meum, nisi quando volero: nec cogi, quin possim pro libitu meos ad me jungi. *Contra tertium*: Accipio te in me, si procuraveris venena sterilitatis, multitudinis mecum in procreatione talium rerum.

*Et ratio, quare si contractum non fuerit matrimoniale est, quia non tenet, nesciit, id est.*

C. 7. Qui Clerici.

416. Ostenditur quid non ex Pontio.

417. Valer Ordinatio Diaconi eâ lege ut possit uxorem ducere.

C. 8. dist. 28.

C. 2. 10. q. 1.

B  
Sæc  
pa

ditione, cum sine conditionales: sed impossibile est: quid sine matrimoniales sub illa conditione, quia repugnat contractui matrimoniali; immo nullus contractus est: quia iste non potest dare se contra preceptum Superioris: prohibito autem Superioris est de translatione sub eis conditionibus: quia precepit translationem, que debet fieri, sub conditionibus oppositis fieri. Unde quicunque attentaverint non solum peccanti mortaliter, sed obligantur ad recedendum ab omni usu mutuo virtute talis contractus.

Sed nonquid talis conditio seu modus est: Ut in perpetua castitate vivamus? Affirmat Sanchez Iup. dlp. 10 n. 2. & probat 1. quia illa conditio quamvis honesta sit, repugnat intrinsecis & necessariis ad Matrimonium. Secundò; illa conditio est contra bonum proles, & Pontifex dicto cap. fin. non distinguit, an conditio honesta sit, an turpis, nec vim facit in conditionis turpitudine, sed in repugnantia bonis Matrimonii; & quemadmodum illis repugnat sive turpis sive honesta sit.

Oppositum docet Pontius sup. c. 11. n. 6. & probat 1. n. 7. Quia si duo vovissent castitatem ante Matrimonium, ita ut vorum unius alteriorum esset, & econtra, & similiiter propositum firmum servandi, idem vobis, etiam post contractum Matrimonium; si illud contraherent postea, perinde esset, atque si expressa conditione contraherent; tunc autem sine dubio esset verum Matrimonium; ergo etiam expressa illa conditio. Eadem enim esset ratio in utroque casu; tum, quia in utroque non esset consensus in copulum, sed tantum in corporum dominium, quod ex se copulae principium est. Tum etiam; quia in utroque casu transferretur dominium corporum, impeditur tamen usu, qui in neutro casu posset esse aliquod peccato. Tum denique; quia in utroque casu conjugi, potenti debitum, negandum esset, quia petret contra religionem voti.

Respondeat Sanchez Iupr. n. 7. Ratio differentiae est duplex. Prima; quia vorum simplex non est traditio, sed solum promissio: unde sicut, quod uni promisi, possim alteri tradere, & efficietur suum, quamvis ego peccem: ita homo corpus, per votum Deo promissum, potest per Matrimonium fœminæ tradere, ita ut verum dominium acquirat. At vero quando in ipso contractu ponitur conditione, efficaciter impedit corporis translationem, & consequenter Matrimonium irritat. Secunda; quia obligatio ex voto cum sit in ordine ad Deum, non tribuit alterius ad negandum debitum, & consequenter, nec auferit a voente facultatem ad tradendum suum corpus, & recipiendum alienum jus ex iustitia, cum per votum non abdicet de facto a se dominium, quod habet in corpus

F fff 2 Ref.

conjugs, nec se reddiderit incapacem, ad illum de novo acquirendum: at vero obligatio, ora ex conditione apposita, est obligatio in ordine ad seipso, & ideo dat unicuique jus ad negandum debitum, & auferit ad petendum. Hæc ille.

424.  
Prima differencia per tria principia.

Resp. ad 2.

425.  
Conditione abstinentie ab uero jure oppositur negotiis.

426.  
Dicitur et finis intelligi debet de conditione positiva contra.

426.  
Hanc enim solam speciem fecit.

Sanchez.

596 Respondet Sanchez suprà num. 7. tacitè inesse eam conditionem, ut liceat ingredi, nec per hoc impediri translationem corporum, & jus petendi, ac obligationem reddendi, si ante consummationem nolit ingredi Religionem conjux. At ut tenetur ingredi, tacitè non inest, & per id pactum impeditur potestas utendi corpore.

427.  
Potestas in-  
grediendi  
Religionem  
tacitè inest  
Mair.

Planè non inest tacitè obligatio ingrediendi; sed inest tacitè potestas ingrediendi, quod sufficit, ut contrahens possit se ad illam conditionem obligare; neque per id pactum impeditur potestas radicalis utendi corpore, ita quin si uteretur, uteretur proprio corpore, & per consequens non fornicateur. Et sic patet, quod illud dominum non erit inutile; nam contrahens manet inhabilis ad aliud Matrimonium, et si accedat ad aliam, est adulteri, et si accedat ad uxorem, ut mox dixi, non fornicateur.

428.  
Valer. Matr.  
sub condicio-  
ne non ex-  
gendi au-  
reddendi de-  
bitum con-  
tra Sanchez.

Iraque si quis ita dicat: *Ego tecum contra hoc, si tamen prius te voto castitatis obfrinxeris, ut nunquam à me petas, nec reddas debitum, valer Matrimonium.* Et à fortiori valet, si solum apponatur conditio, de non exigendo debitum, quidquid in contrarium doceat Sanchez suprà n. 3. & 4. quia hic Author in hoc fallitur, quod putet, dominum corporum non posse separari ab usu, seu à potentia proxima utendi, quod non satis probat. Eā autem separatione supposita, tanquam licitâ & validâ, utrè eam suppono ex dictis Sect. 3. Concl. 9. omnia ejus argumenta corruunt, & ideo non judico diutius huic controversiæ immorandum; nec repetenda ea, quia loco citato diximus, & ibi videli possunt.

Tanquam addo, quod Pontius suprà n. 10. ait: *Si Matrimonium contrahatur communimodo, scilicet in ordine ad copulam ex parte contrahentis, sive tacitè, sive expresse; si tunc apponatur etiam conditio de abstinen-  
do ab usu conjugii, Matrimonium vitiatum;* quia tunc sunt due repugnantes voluntates, quæ se invicem destruant. Prima est, contrahendi Matrimonium, ex quo consurgat obligatio reddendi debitum; altera est contrahendi Matrimonium, ex quo consurgat obligatio non reddendi, quæ inter se manifeste repugnat. Sic ille. Nunquid rectè? Tu dispice & facile invenies.

430.  
Per illam  
conditionem:  
Si genera-  
tionem &c.  
in d. c. fin.  
intelligitur  
sola evitatio  
contraria.

sup'Maneat interim tanquam longè probabileius, per illam conditionem: *Si generatio-  
nem prolixi evites, in d. cap. fin. non intelligere  
Pontificem quamlibet evitatem, sed solam evitatem contraria;* id est, quando per media illicita, v. g. per sumptionem veneni sterilizatis, per feminationem extra vas, & similia impeditur, ne generatio ex copula habita possit sequi. Similiter, si procuretur aborsus factus animati, vel inanimati, si proles

nata occidatur, mutietur &c. Seclusi filii susceptioni prolixi, & ejus vite, sed tammodæ educationi, neque etiæ varcolationis periculum mortis prolixi, si exponatur. Sit enim in naturalibus sunt quedam dilectiones, quæ omnino deltruunt formam vel, quæ obstant magis commode conformati formæ; eodem modo sufficiuntur obstat omnino fini Matrimonii, & obstat destruit; expositio verò filii non obstat dem fini, sed majori tantum prolixi conditati. Ita Pontius suprà n. 3. & Sanchez pr. n. 13. cum Aliis, quos citat.

Porrò quando fit votum vel potestatio non petendo vel reddendo debito, sive evitatio prolixi negativa, id est, non petratio vel generatio prolixi, ad quam prout rationem vel generationem certum est, non est obligationem in statu matrimoniū de consensu utriusque non licet abesse à copula, quod nullus fatus esset datur. Cur ergo non poserunt cogitare se invenire ad illam evitatem, quia non obligat? Non videtur illum solidum fundamentum, ut negat licet post, quād ante Matrimonium tractatum.

Hinc etiam licet apponere hoc conditionem: *Si ego minime teneret deinceps re, quoties tibi non licet exigere, quodquererit Sanchez suprà disp. 11. n. 1. b.* distinguit: *Si, inquit, apponitur ut possit conjux debitum negare, sibi licet, quia alter non habet;* 434. *aut si alter adulterio in loco sacro, valet conditio contra Matrimonium; quia jure inest, & universè intelligatur, ut reddere, quoties tibi non licet exigere, tra substantiam Matrimonii;* & multo

Probat 1. quia ea conditio jure in multis enim eventibus vir potest taliter exigendo; ut uxori negare non debitum. Ut si vir emiserit rotulis, vel petat affectu fornicatio, Matrimonium non tenere, unius esse validum: ergo si ex conditione licet tunc negare debitum, significare plenè translatum esse corporis iure ac subinde Matrimonium non videtur.

Probat 2. quia per Matrimonium non videtur jus iustitiae ad corpus alterius, ne exigenus aliquando peccet contra Reg. vel temperantiam; ergo conditio, ut hoc jus iustitiae, est contra Matrimonium ad instantiam; atque ita illud vituperabile, est conditio non reddendi in illis casu, ut enim jus iustitiae, quod alter conjugi per Matrimonium acquirere debet, ut illud datum petenti solvatur. Ita Sanchez cum aliis quos citat.

At ego (inquit Pontius sup. n. 14.) miror viros doctos eam sententiam sibi persuasisse, duos auctoritate Didaci Covarruvias. Est enim longe verius, eam conditionem non vitiare Matrimonium, etiam contractum in ordine ad copulam. Sic docuit Gab. Vasquez to. 2. in 3. part. disp. 125 c. 6. n. 63. Et ratio est facilis & aperta ex doctrina, quam late tradidimus in materia de scandalo, & trademus etiam infra lib. 5. c. 18 & lib. 10. Quia haec est regula generalis: Quoties actus aliquis non potest ab alio fieri nisi malè, si fiat, non licet illi cooperari; sicut neque petere ab aliquo actum, qui non potest ab illo fieri bene vel malè, sed necessariò malè: & nunquam reperiatur aliqua hujus regulæ exceptio aut casus, in quo id liceat. Ergo conjugi illicitè petenti debitum, non solum non tenetur reddere, sed potius tenetur non redire, quando, si actus tunc fiat, non potest bene fieri ab eo, qui petit.

Pone, aliquem emisisse votum castitatis, potest qui non emisit exigere, non reddere; quia ille, qui votum emisit, impeditus est ad petendum, non verò ad reddendum: & ita, qui solitus voto petiti debitum, non exigit ab alio, qui tenetur voto, actum, quem non possit bene efficer, cum vorum non impediat debiti redditionem. At qui impeditus voto petiti, actum petiti, qui non potest ab altero conjugi bene fieri, licet cooperatio nem ad actum petentis, qui malus est contra religionem vel temperantiam.

Hoc ergo supposito, jam facilis colligitur ratio: quia talis conditio jure ineft, & licita est & honesta, & ad quam tenetur conjux, etiam non exprimatur. Quare sicut conjux, etiam non exprimatur, tenetur non reddere conjugi, petenti cum manifesto pericolo vita corporalis petentis, ita etiam tenetur non reddere cum periculo animæ petentis. Haec est Pontius.

Sat bene, si verum est hoc suppositum, quod Sanchez existimat esse fallum. Et quia alibi de eo tractatur fumus, pro nunc gratis admissio, quod conjux sine peccato possit reddere debitum petenti illud contra vorum suum castitatis, vel animo forniciario, adhuc teneo, conditionem illam non vitiare Matrimonium.

Ratio patet ex dictis; si enim non vitiat conditio nunquam reddendi, multò minùs conditio non reddendi, quoties tibi non licet exigere. Item conditio abstinenti à copula certis quibusdam diebus, v.g. sextis feriis.

Respondeo autem ad primam probatio nem Sancti; illud minime esse signum, quod non sit plenè transflatum dominium corporis; sed tantum, quod usus dominii corporis ex parte sit impeditus; sicut ergo potest totaliter impediri, manente pleno dominio corporis,

nisi velimus movere questionem de nomine, ita multò magis potest impedi ex parte.

Et sic etiam factum est secundæ probationi; non enim eā conditione impeditur transferri jus iustitiae ad corpus alterius; sed, translatu hoc jure iustitiae, impeditur usus in certis circumstantiis, quod nullatenus est contra substantiam Matrimonii, utpote ex quo non oritur ius proximum utendi corpore in quibuscumque circumstantiis; nam Sanchez sup. n. 3. admittit, conjugem non habere jus iustitiae petendi debitum, sive utendi corpore in loco facro; sed utendi corpore, nisi lege, voto, aut aliunde talis usus impediatur; quippe præceptum affirmativum est, quod quidem semper obligat, sed non pro semper, ut suo loco uberior explicabitur.

Quantum ad abstinentiam à copula certis diebus, sic argumentatur Pontius suprà n. 17. Licet pacifici, ne intrâ bimestre contumient, & ad id se voto adstringere; imò & se obligare voto transeundi ad Religionem intra id tempus. Quod si hoc non est contra substantiam Matrimonii, ut fatur Thomas Sanchez disp. 10. cit. n. 6. cur erit contra substantiam conditio de abstinenti aliquibus diebus ab actu conjugii? Quod enim ea conditio de bimestri abstinentia, jure insit, parum refert. Si enim ea esset contra substantiam, nesci non posset, & hoc ipsum quod jure insit, argumentum est, tempore abstinentiam, si deducatur in conditionem, non esse contra substantiam Matrimonii.

Adde; ut ipse Tho. Sanchez eodem numero fatur, licet contrahere Matrimonium sub voto & conditione, convolandi ad Religionem statim post consummationem, quo transitu omnino impeditur tempore sequentius Matrimonii: ergo & poterit, etiam sub conditione continentia ad tempus, iniri Matrimonium. Quod enim jure insit ea potestas transeundi, non impedit, imò magis ostendit, hujusmodi abstinentiam non esse contra substantiam, & ex consequenti, neque votum aut pactum de illa abstinentia. Maximè cum, licet potestas transeundi ad Religionem ante consummationem, vel postea de consensu utriusque, insit Matrimonio, obligatio tamen transeundi non ineft. Quare si ea obligatio apponi potest, cum contrahitur Matrimonium, ex sententia Tho. Sanchez, cur non poterit obligatio abstinenti certis quibusdam diebus? Hucusque Pontius.

Sed vel ego cæcus sum, vel ipse lippus, ut sole meridianu clarissim apparuit ex verbis n. 6. quem Pontius citat ex disp. 10. Tho. Sanchez. Accipe ea: Quartò infertur, quid dicendum sit de pacto, appositio in Matrimonio contractu, ut licet ingredi Religionem ante consummationem Matrimonii: de quo certum est, non vitiare Matrimonium, quia jure inest.

436.  
Resp. ad 2.

437.

*Conditio ab-  
stinenti à  
copula certis  
diebus pro-  
ba. nr. 6.  
ex Pontio,*

438.

*An secun-  
dum San-  
chez possit  
apponi obli-  
gatio tran-  
seundi ad  
Religionem.*

inest ea conditio. Et similiter idem dicendum est, si apponatur alia qualibet conditio, quæ jure communi inest. Et ratio horum omnium est, quia ea conditio verè non est contra Matrimonii substantiam, nec apponitur alio modo, quam inerat. Quare similiter non irritabit Matrimonium, si sit conditio, ut liceat utriusque ex communī consensu post consummatum Matrimonium Religione profiteri; quia ea etiam conditio jure inest, ut constat ex toto tit. de Conversi conjugat. Si autem esset conditio (nota bene) ut teneretur vel ambo, vel alter ingredi Religionem, ante vel post Matrimonii consummationem, non valerer Matrimonium. Quia ea conditio est contra Matrimonii substantiam: nempe contra mutuam corporum ad copulam traditionem, nec jure inest: licitum enim est sic profiteri: at verò ut ad id teneantur, non jure inest. Hæc ille.

Quid tibi videtur benigne Lector, num Tho. Sanchez hic docet, obligationem transeundi ad Religionem apponi posse, dum contrahitur Matrimonium? Evidenter in terminis docet oppositum. Signum manifestū, Pontius hic non legiſtis propriis oculis, aut certè lippis oculis legiſtis Sanchium. Noli ergo nimium credere Auctōribus, qui hos vel illos citant pro vel contra suam sententiam: *Purius ex ipso fonte bibuntur aquæ.*

**439.**  
Rogas: quid ergo dicendum de conditione non cohabitandi? Respondet Petrus de Ledesma de Matr. q. 47. a. 5. dub. 4. in solutione confirmationis ad 6. si sit pactum de non coabitando ad tempus, non viuere Matrimonium; scilicet si sit pactum nunquam cohabitandi. Quia ad essentiam Matrimonii non pertinet, ut omni tempore cohabirent coniuges, bene tamen mutua habitatio, ut constat ex ea particula, *Individuali vitæ consuetudinem retinens.* Ita refert Sanchez suprà disp. 10. n. 5. subjugens. Et placet mihi.

Sed mihi (inquit Pontius suprà n. 16.) haec distinctione non placet. Quare videndum est, quid significetur conditione non cohabitandi. Si enim significetur separatio etiam perpetua quoad torum, idem est iudicium, atque de conditione non copulandi, & ea non viuat, ut dictum est. Si conditione non coabitandi significetur etiam separatio domus, si id fieret ex conditione servandi castitatem, ad evitandum periculum lapsus, neque etiam esset contra substantiam propter eandem rationem. At si cum Matrimonium contrahitur in ordine ad copulam ex parte contrahentium, simul apponetur conditio de non coabitando, deltruatur consensus matrimonialis. Repugnat enim omnino voluntas obligandi se, ad non coabitandum, cum voluntate obligandi se, ad vacandum actibus conjugalibus. Hæc ille.

Ego autem dico: nimis multos va-  
ctibus conjugalibus, id est, copule cor-  
qui tamen non cohabitantes incep-  
ergo ex eo, quod contrahentes incep-  
pulam, non sequitur, quod conditio non  
habitandi, etiam perpetua, repugnat  
Matrimonio; quia non repugnat commi-  
luntas obligandi se, ad non cohabitare  
cum voluntate obligandi se ad copulam,  
per talē conditionem non defini-  
confensus Matrimonialis.

Quantum ad illam particulam: *Indi-  
duam vitæ consuetudinem retinens,* pre-  
Scotus 4. dist. 27. q. 1. a. 1. intelligit un-  
indissolubilem, ut videtur. Sec. 2. Con-  
per quam significatur vinculum indissolu-  
le, tam quoad torum, quam habitu-  
saltem in radice; sicut autem puto  
ad torum potest separari Matrimonium  
in fieri, pari ratione, potest separari  
maximum quoad cohabitacionem, et  
contrahentes copulari; quoniam non dis-  
bitatio proprie dicta sit modus quod  
modo ad commodam possit dissolvi  
equidem ad ipsam generationem resul-  
requiritur, ut per se mandata. Hanc de-  
cta sint disputationes.

Sed quid, si iudex contrahentes  
possint dare libellum regulari? Cu-  
lex eorum hoc permittat, video in  
duc in pactum, & jure inde, quo  
precisionem ejus minime noceat.  
docent apud Sanchez supra dictum  
ipse autem n. 3. dicit, modus mul-  
rimonium: quia ea conditione  
trahunt Matrimonium, cum  
dissolvi Matrimonium vinculum  
est, cum jam absque contrac-  
legem non excusat à culpa, et  
aliud ineundi Matrimonium. Et  
Et ante illum Gloff. cap. Dis-  
Consang. verb. *Esse Matrimonium non  
aliā ratione non est Matrimonium* in  
enim contrahentes eo proposito, ut  
separarent, dato libello repudiatis  
substantiam Matrimonii, 23. aliando. sup. de Condit. app. 1.  
deo, si hoc pactum exprimatur in offi-  
cne inter eos, nec inter Christianos.  
Secus dicendum, si quis  
cum animo dandi libellum repudi-  
rendi uxorem quod vinculum, non  
revelaret. Ea enim conditio jure  
Deus possit dissolvere Matrimonium  
neque est contra substantiam con-  
dissolendo Matrimonio, per solamen  
fessionem in Religione approbatam, et  
infidelis conditio de dissolvente per se  
cum ad Fidem Catholicam, alterante  
transire & cohabitare, cum huc pote-  
insit.

B  
Sacra  
pa

*Quid dicen-  
dum de con-  
ditione non  
cohabitandi.*  
Ledesma.

*Sanchez.*  
*Quid per  
eam signifi-  
cetur.*  
Pontius.

Sed quid, si infidelis contrahat cum intentione habendi plures uxores, juxta leges suas? Respondeo: Matrimonium nullum est, si id deducatur in pactum; quia de facto postquam Christus iustulit polygamiam, est contra fidem conjugalem, quae non solum obligat ad reddendum alteri debitum, sed etiam ad non commiscendum alteri, ut patet ex alibi dictis. Et prior quidem obligatio est praecepti affirmativi, quod obligat semper, sed non pro semper. Secunda est obligatio praecepti negativi, quod obligat semper, & pro semper. Cum ergo ex Matrimonio sequatur tanquam paulo, haec obligatio praecepti negativi, non potest stare, cum consensu necessario ad Matrimonium, voluntas obligationis ad oppositum illi obligationi praecepti negativi, oppositus autem est habere plures uxores, seclusa dispensatione divina.

Dixi consilium: Si id in pactum deducatur; quia alias, secundum Sanchium supradictum n. 4 & 5, item lib. 2, disp. 29, n. 11, non repugnat consensu Matrimoniali; nam potest aliquis se velle obligare ad non accipendas plures uxores, est id intendat eas accipere, sicut etiam potest velle le obligare ad generationem prolixis, tametsi intendat non generare, sed positive generationem impetrare.

Nunquid etiam potest velle, indissolubiliter le obligare, & tamen velle, Matrimonium post aliquod tempus dissolvere? Videatur Sanchio quod non. Unde locis jam citatis docet, Matrimonium esse nullum, tametsi dissoluto non deducatur in pactum. Sic enim au hic Auctor posteriori loco.

Tertia sententia, cui adhæreo, docet, contrahentem Matrimonium debere, saltem implicitè, intendere bonum Sacramenti, quod evenit, quando non habet intentionem contraria, non tamen esse opus implicitè intendere alia duo Matrimonii bona: quare si haberet animum, etiam corde retentum, adversum bono Sacramenti, quia scilicet intendet non contrahere Matrimonium, nisi ad tempus, non esset verum Matrimonium; si tamen haberet intentionem ad versam alius duobus Matrimonii bonis, corde solo retentum, nec in pactum deducitam valeret utique, ut si intendeter virare prolem, & habitanum non educare, debitum negare & adulterari.

Probatur prior pars; quia de ratione Matrimonii est, vinculum esse perpetuum, ut constat ex ejus definitione: ergo qui intendit Matrimonium inire dissolubile & ad tempus, vere non intendit Matrimonium, cum intentio adversetur essentia. Probatur posterior pars; quia ea intentio, nil attinet ad contractus substantiam afferit; quia si ille velit absolute contrahere, obligatur ex vi contractus, ad non agendum aliquid contra

praedicta bona, non obstante suâ intentione. Et confirmatur; quia stat, velle obligari ad Confirmatio-  
aliquid faciendum, & adesse animum non in-  
implendi, ut qui vere jurat animo violandi  
juramentum: nec ea intentio tollit obliga-  
tionis valorem; ergo similiter stare potest,  
Matrimonium validum contrahere cum in-  
tentione non servandi fidem. Ita Sanchez.

Et videtur esse sententia D. Bonavent. 4. 446.  
dist. 31. a. 1. q. 3 n. 14. ubi sic scribit: Cum videtur esse  
sunt tria bona Matrimonii, scilicet fides, proles, sententia D.  
& Sacramentum, unum, scilicet Sacramentum,  
est de necessitate Matrimonii. Sacramentum  
enim venit ex mutua obligatione, & divina in-  
stitutione & signatione illius unionis, & ideo  
quia ista sunt de necessitate Matrimonii, per con-  
sequens & Sacramentum. Sea alia duo bona  
quoadammodo sunt de eis, quodammodo de bene  
esse. Si enim loquamur, quantum ad Matri-  
monii usum, sic sunt de bene esse, quoniam usus  
Matrimonii ab his esse potest, sicut tota die  
est & non solum ab his, sed etiam cum suis  
oppositis. Unde sterilitas & abortus procura-  
tio, & fidei fractio, non dissolvunt Matrimoni-  
ale vinculum contractum. Si autem loqua-  
mur quantum ad Matrimonii contractum, qui  
est per Matrimonialē consensum, sic potest  
esse contractus absque his diuibus bonus, igitur in  
sterilitibus, & in continentibus. Sea quando sub  
tali pacto consentitur, ut proles sterilitas procu-  
retur, vel uxor alii proficiatur, tunc non est  
consensus, vel pactio Matrimonii, sed potius  
adulterii, cum directe repugnet institutioni Ma-  
trimoni. Sed carentia fidei absentia horum duo-  
rum, non repugnat; quia fides venit ex recto  
Matrimonii usu; & quia homines possunt abiuri  
ipso, ideo potest defessa fides. Similiter proles ve-  
nit ex fructu ventris, & quia steriles possunt esse  
vel natura, vel arte, ideo Matrimonium hoc  
bono potest carere.

Ad illud ergo quod objicitur; quod Sacra-  
menti bonum non est in Matrimonio, ante car-  
nalem copulam, dicendum; quod falsum est, quia 447.  
est inter conjugis insolubile vinculum, nec solvi-  
tur nisi per mortem spiritualem; sicut post con-  
summationem per mortem corporalem. Verum  
est tamen, quod non est ibi Sacramentum secun-  
dum completam & plenariam rationem.

Ad illud quod objicitur; quod fides non sit Solutio 448.  
de necessitate, quia si sic consenserit, ut tamen objectionis  
aliam dicere possit, post non contrahit: dicen-  
dum; quod hoc non est tantum propter defectum  
fidei; sed etiam propter defectum Sacramenti; quia  
non vult ipsi conjugi perpetuū, & quia in pa-  
ctione introduxitur conditio, contraria bono fi-  
dei. Nec propter infidelitatem solvitur Matri-  
monii Sacramentum: sed solvitur obligatio ad  
reddendum debitum.

Ad illud quod objicitur de bono prolixi; quod 448.  
propter hoc institutum est. dicendum; quod non Diluitur 3.  
tantum propter hoc, sed in remedium, & in sig-  
num;

num; & idem quavis non sit ibi hoc bonum, possunt tamen esse alia bona. Si autem homo fuisse, tunc semper fuisse hoc bonum, quia tantum fuisse in officium. & hoc bonum non defesset, quia nulla esset sterilitatis pena. Huculque Doctor Seraph. breviter complectens ea, quae hactenus dicta sunt.

449. Sed dices (inquit Sanchez lib. 2. disp. 29. n. 12.) si quis contrahat animo se obligandi ad vinculum indissolubile, verum esse Matrimonium, licet intendat postea dimittere uxorem, non habitando cum ea, quod idem videtur contingere in bono fidei & proli: ergo frustra constituitur haec differentia.

R. Spondet: ad bonum Sacramenti minime pertinere non separari ab uxore quadrorum, sed tantum ut vinculum sit indissolubile; ad bonum autem fidei & proli pertinere, non tantum obligationem ad ea servanda, sed etiam ipsorum bonorum executionem: unde recte dixit D. Thom. 4. dist. 31. q. 1. a. 3. in corpore: Bonum Sacramenti semper est de conscientia, non vero alia bona, & in hoc versatur differentia. Haec ille.

Breviter: Matrimonium, semel legitimè contractum, nequit amplius dissolvi, quidquid contrahentes intendant, vel non intendant, cum tamen post Matrimonium, legitimè contractum, possint conjugati impedire generationem proli, & non servare fidem, adeoque non potest quis efficaciter velle indissolubiliter contrahere, & efficaciter velle Matrimonium semel legitimè contractum dissolvere, sicut potest quis efficaciter velle legitimè contrahere, & nihilominus efficaciter velle prolem impedit, & non servare fidem.

450. Ceterum si a me queritur: An quando conditio contraria Matrimonio, apponitur ab altero tantum à contrahentibus, viet Matrimonium? Respondeo ciuitas, affirmativè; Probatur, inquit Sanchez lib. 5. disp. 13. n. 3. quia diversitas in consenuit viat contractum, ut quando alter purè consentit, alter vero sub conditione; ut habetur expressè l. 1. §. Si quis simpliciter, ff. de Verb. oblig. ibi: Et versà vice, si interrogatus fuerit sub conditione, responderit purè, dicendum erit, eum non obligari. Et ratio est manifesta; quia non uniuertur inter se consensus, ex qua unione contractus oritur: ergo cum in hoc Matrimonio inveniatur haec diversitas, erit nullum.

Secundò; quia ad Matrimonium requiriatur mutua corporum traditio: at in hoc casu non invenitur, cum alter non absoluè tradat corpus, sed sub conditione contraria Matrimonii substantiae, ac consequenter excludenti verum consensum; ergo nullo modo est Matrimonium. Hanc sententiam Sanchez suprà n. 5. vocat probabiliorum; oppositam autem valde probabilem.

Sed Pontius sup. cap. 12. n. 8. Ego sum cum Petro Ledelio de Mar. q. 47. dub. 5. principali, quod movere circa dominem ad 8. dub. 4. non solum bancum exultimo esse magis problematicum, etiam oppositam, nullam prorsus habentem probabilitatis speciem. Ratio, quæ me res hæc est. Quia vinculum Matrimonii care non potest, sed resultat ex consensu mutuo, necessario ad Matrimonium, consensus ejus, qui consistit sub conditione contraria substantiae Matrimonii, non qui ad conjugium requirunt regnum altero, purè contrahente, non potest vinculum Matrimonii. Quid potest vinculum est in foro conscientie, in foro externo, dum constaret de causa expresa, posita ab uno contra alterum Matrimonii. Hæc illa.

Interim probatur opposita tempore, ex cap. Aliquo tempore, q. 4. dub. 5. sumptum est, ex D. Augustino concup. cap. 15. & sic loquitur: Usque usque pervenit hec libidinosa appetitudo crudelis, ut etiam venustate, inibiliter valuerit, conceptus feruor, multa viscera extinguat, astuta, rufa, prius prolem interire, quam votu anteriori jam vivat, occula amplexu. Provisus si ambo tales sunt, tempore, & si ab initio tales fuerint, non potest, sed per seipsum patitur, autem non ambo sint tales, sicut non est quodammodo meritis marier ter uxoris.

Reponer Sanchez suprà n. 4. q. 5. de Mar. dub. est in pactum, sed tantum mutum lumendi, & ipsam lumem ad proprieatem, est verum Matrimonium. priori parte dum dicit, non est quando ambo eam intentione intelligitur, id est, non servari, ut explicat ibi Glossa verb. Contra, dicens; Id est, iura conservant; non autem, quod non in iunctum, patet ex eadem Glossa, initio: ubi sic ait: Nota, quid non in ges, qui eo animo conjuncti sunt, prius proli impediunt: & quod in unum peccat, alter non: & quod Matrimonium, quando ex una parte tantum tenet, in q. 5. Proprieto. & extra de Eu. Mar. c. 1. sed hoc fallit.

Si hoc fallit, ut, ut reverenter ergo Aug. debet intelligi de veritate, alioquin falso dicere, quando unum eam conditionem habet, unum eam, aliud vero non, sed matrimonium adulterum.

Rogas: quare ergo hoc nomine vocet eos, si sint veri coniuges? Respondeo cum Glosso ibi verb. *Mererix*, quia digna pana, quā aliqua meretrice est digna. Et verb. *Adulter*, qui dignus penā, quā aliquis adulter est dignus. Itaque Matrimonium, de quo ibi Aug. ab initio fuit contractum pure & absolute absque conditione contraria substantiaz Matrimonii, quamvis fortè contrahentes interius cogitaverint de violanda sua obligatio non impediendi propositum; aut certè postea vel uterque, vel alter curaverit per venena sterilitatis, aut aliā viā impediēre propositum. Igitur per hoc argumentum non redditur valde probabilis opposita sententia.

Nunquid per illud, quod sequitur? Quia quāvis alter consensus sit purus, & alter conditionalis; at ille conditionalis non viciat actum; ergo valebit Matrimonium. Probatur Antecedens; quia per easdem causas contractus nascitur & dissolvitur, c. i. de Reg. juris: sed ad Matrimonium constituantur est necessarius mutuus consensus, ergo & ad dissolvendum. Cū ergo hic non concurrat alterius consensus in conditionem, ea conditio non viciat. Si ergo non viciat, & ex alia parte est turpis, habebitur pro non adjecta, iuxta cap. fin. de Condit. appos. & remanebit consensus purus in Matrimonio.

Et confirmatur; quia conditio nec confert ad contractum Matrimonii confirmandum, vel infirmandum, nisi ab utraque parte acceptetur, teste Soto 4. dist. 29. q. 2. a. 1. ante 2. Conclu. versu: *In calce demum:* ergo cū illa conditione non acceptetur ab utroque, non infirmabit Matrimonium, & cū ex alia parte sit turpis, habebitur quā adjecta non esset.

Sed neque hoc argumentum valde probabilem ostendit hanc sententiam: facile quippe responderet: contractum, ubi semel perfectus est, per easdem causas debere dissolvi, & sic per mutuum consensus; at antequam perficiatur, fali's est, ut alter dissentiat; jam autem Matrimonium per appositionem talis conditionis est omnino nullum: & dum aīs, conditionem non viciare, quando non acceptatur ab altera parte, negandum id est, quando est contraria Matrimonio, quia est index dissensus, & dissensus alterius fat est, ad annulandum Matrimonium. Ita Sanchez.

Miror ego, Auctores hujus sententiae adducere dictam Regulam juris, quæ, ut nota Glosso ibi verb. *Omni res, fallit in Matrimonio. Fallit (inquit Glosso.) hæc regula sup. de Baptis. Majores. Item in Matrimonio, quod solo consensu contrahitur, 22. q. 2. Sufficit, sed solo consensu non solvitur 32. q. 7. Licit.* Et vero quomodo possit dissolvi Matrimonium, nisi prius fuisset contractum? Semel

autem legitimè contractum indissolubile est etiam per utriusque consensum. Quid ergo hæc Regula ad propositum nostrum?

Porrò quod ait Sotus, conditionem nec conferre ad contractum Matrimonii con- 456. Resp. ad con- firmandum vel infirmandum, nisi ab utra- que parte acceptetur, falsum est, si intelligi- nem.

gatur, sicut Adversarii videntur intelligere: nam procul dubio conditio honesta viciat Matrimonium, est ab altera parte non acceptetur, & tamen etiam de ea loquitur Sotus. Nec refert, quod in casu proposito sit conditio turpis, quæ habetur pro non adjecta; quia non est tantum turpis, sed etiam contra substantiam Matrimonii, quæ secundum dict. cap. finale, viciat Matrimonium. Et ex nullo verbo colligitur, quod debeat acceptari ab utraque parte; ergo gratis id affertur. Atque ex his patet quā parvam (si ramen ullam) habeat probabilitatem illa sententia, quæ nullas alias producit rationes, ad ejus veritatem stabilendam.

Sed quid, si post talen contractum se mutuò carnaliter cognoscant? Respondent Aliqui: Matrimonium valere; quia eo ipso videtur à conditione recedi, & per consequens Matrimonium erit purum, juxta cap. *Per tuas*, de Condit. appos.

Hanc etiam sententiam Sanchez supra num. 5. vocat valde probabilem, quāvis ipse oppositam teneat. Respondet autem ad argumentum, mox pro ea adductum: tunc recedi à conditione per copulam, quando sunt contracta sponsalia valida: vel si non fuerunt valida, saltu contrahentes ostenderunt verum contrahendi animatum; ut bene Sotus 4. dist. 29. quæst. 2. art. 1. ad finem: at quando alter adjectit conditionem, contrariam substantiaz Matrimonii, potius indicavit dissensum, unde copula non indicat recessum à conditione. Sicut eadem ratione, quando ex communi consensu adjecta est conditio contraria, non censetur per copulam recessum à conditione; ut bene docet Adrianus 4. quæst. 3. de Matrim. dub. 9. Covaruyus 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 1. numero duodecimo, alias 17. Hæc ille.

Et sane de sponsalibus validis sermo est in d.c. *Per tuas*, conditionatis tamen, id est, celebratis sub conditione licita, cujus eventus expectandus est, & id est secundum copulam ante eventum conditionis, præsumitur à conditione recedere. In hoc autem casu nullus omnino fuit consensus Matrimonii, cū destructus fuerit conditione apposita contra eum substantiam. Sed neque sponsalium sum, quia illa non erant sponsalia; sum, quia etiam sponsalia cum conditione contraria substantia Matrimonii, quæ in Matrimonium refundatur, sunt invalida. Ergo non est unde

Ggg

præ-

Quid si post  
talem con-  
tractum se  
mutuò car-  
naliter cog-  
nocant?

Sanchez pa-  
rat non esse  
recessum à  
conditione.  
Sotus,

Adrianus,  
Covar.

*Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.*

602 præsumatur consensus Matrimonii in hoc casu, sicut in illo.

459. *Quando sponalia sub conditione contraria substantia Matr. sint invalida, Sanchez.*

Dico signanter: *Quæ in Matrimonium refundatur*: quod tunc evenit, quando conditio contraria ponitur tanquam implenda post Matrimonium. Quando autem (inquit Sanchez suprà disput. 14. num. 2.) debet impleri ante, tunc si est contra insuperabilitatem, ut: *Contra hanc tecum, nisi ante initium Matrimonium aliam diuorem aut pulchriorem invenero, non vitiat Matrimonium*; quia ipsi non opponitur, cum non tollat Matrimonii insuperabilitatem; nec etiam opponitur sponsalium natura, utpote quæ solubilia sunt. Nec etiam rejicitur tanquam turpis; quia non est talis, cum ad peccatum minimè incitat: quare valida erunt sponsalia implera eis conditione, & eā deficiente erunt nulla.

Si vero sit conditio contra Matrimonii fidem, ut: *Si ante Matrimonium forniceris, tunc valebunt sponsalia rejecta eā conditione tanquam turpi*. Quia ea non contrariaatur Matrimonio, cum ad fidem Matrimonii solum pertineat, ne postquam translatum est dominium corporis in conjugem, alteri tradatur: at ante Matrimonium non est translatum dominium: si vero adversetur bono prolixi, ut: *Si ante Matrimonium venena, quibus sterilis efficiaris, sumas, vitiat sponsalia*: quia per eam conditionem obligatur sponsus ad aliquid contrarium bono prolixi, quod per illud Matrimonium promissum, intenditur: unde adversatur futuro Matrimonio promisso. Quare non est simile de conditione contraria de praeterito vel praesenti: quia per illam minimè obligatur ad aliquid Matrimonio repugnans. Ita Sanchez. Evidem consequenter ad ea, quæ docuerat eod. libr. disputat. 9. aum. 6. & 9.

460. *Docet Pontius lib. 12. cap. 7. num. 2. hanc conditionem: Si ante Matrimonium sumpferis venena sterilitatis, non vitiare sponsalia; cum, inquit, hæc conditio adimpleri sit ante contractum Matrimonii, & idem non sit contra substantiam Matrimonii, nondum contracti; de illa proinde judicandum est, ac de conditione turpi. Hæc ille. Utique consequenter ad ea, quæ docuerat lib. 3. cap. 9. num. 11. ubi sic ait: Si loquarum de conditione sumendæ portionis sterilitatis, quæ ante Matrimonium adimpleri potest, mihi videtur certum, illam conditionem, si in vim conditionis ponatur: Contra hanc tecum, si antequam Matrimonium perficiatur, sumpferis venena sterilitatis, tantum esse turpem, & non contrariam substantiam Matrimonii.*

461.

Ratio est, meo iudicio, facilis & aperta; quia adhuc non est contractus Matrimonii,

neque ex consensu, qui adhibetur ad Matrimonium, nascitur obligatio contra bona vel substantiam Matrimonii; immo potius impletione conditionis nascitur obligatio adhibendi consensum matrimoniale. Igo non concurrit ille consensus ad eam conditionem, cum consensu Matrimonii, id enim, quod sub conditione sit, potest natura & ratione ipsius conditionis eveni. Quare non est cur destruit substantiam p̄ius contractus Matrimonii, qui nondum sed sequitur postea ex eventu conditionis.

Et explico magis; quia vel tunc vitia ex natura rei, quia destruit substantiam, & hoc non, ut dictum est; vel vitia raro ex dispositione Pontificis, qui in odiu tenet iniquas conditiones, vellet Matrimonium lud, quod ex eventu ejus conditionis sit, irritare. At hæc mera juris humana positio esset, si rescinderet contractum bratum sub conditione turpi, & cunctatio resultaret ex eventu conditionis ipsi. Non ergo recte, neque consciente potuit dicere Thom. Sanchez, hanc officia dispositionem in dicto cap. finitum declarationem juris naturalis. Iohannes Baſilius.

Cujus utique doctrinam superius diximus, & ideo hæc etiam sequentem ut dicimus: si Matrimonium non vitiat per appositionem hujusmodi conditionis, ne vitiantur sponsalia, que sunt ratiō Matrimonii, cum non sit alia de eorum maximi unius, quam alterius.

Hic ergo sit finis hujus Concl. in qua ad sufficiantiam, de non, indevenimus de conditionibus, contractis substantiis Matrimonii, & bonis Matrimonii, que pertinent ad ejus essentiam quod obligacionem fecūs quoad executionem; quod deinde nondum est. Sequitur agendum de conditionibus necessariis, & impertinentibus, quibus institutur

**CONCLUSIO X.**

Hæc conditio: *Si sol eras viri, non est suspensiva; secundum*  
*Si Petrus transeat per platus.*

**H**æc conditio: *Si Petrus &c. efficitur, quas vocant impertinentes, quæ ad hanc conditio, qui censem se habere, veluti conditione turpes, & idem rejiciendas esse seu habentes, pro non adjectis. Probatur autem efficienes; quia turpe appetet contractui tam latet, & qui Sacramentum est, hujusmodi conditiones adjicere.*

Si quis contraxit (inquit Sotus 4. art. tertio post 3. Conclusionem) quæstione 2. articulo

B  
Sacra  
parte

clus. vers. Tandem. ) cum aliqua, quam non vidit, sibi illa conditione: *Si non fuerit cœca, aut muta, aut coeces, aut leprosa, vel aliquæ infirmi turpitudine deformata, profecto si fecerit.* Matrimonium non tener, etiam si fiat per verbum de presenti: *Contrabo.* Et per jus de sponsa respectu sponsi. Quare eadem est ratio, si dixerit: *Nubotati, si hanc aut illam doctus est artem, ad alendam vitam, aut si est ingenuus, aut alia similis.*

Nam licet conditions illæ, jure expressæ: *Si pater consenserit, aut, si dorem dedierit, propinquus ad naturam Matrimonii spectent, & idem jure admittantur; nihilominus sunt etiam conditions, tum honestæ, tum ad perpetuitatem cohabitacionis, & generandi, permulsum referentes: & idem nulla est causa, cur non pariter eodem jure approbentur, tanquam necessariò implende.* Secùs si essent conditions, ad Matrimonii finem minus referentes. Si enim quis contraheret cum aliqua absente, hæc conditione: *Si est pulchra, aut, bene morigera; quia istæ qualitates recipiunt magis & minus, non sunt in foro Ecclesiæ admittendæ, tanquam Matrimonium vitiatum; maximè, si de presenti fuerit contradictum; quia de sponsalibus non tantum imminet periculi, si dissolvantur.* Hæc ille.

Sed non placent Sanchio suprà disp. 18: num. 3. qui censet, hujusmodi conditions suspendere contractum Matrimonii, neque alter effe validum, nisi illis stantibus. Probat autem; quia omnis conditio, jure non improbata, potest apponi Matrimonio, ut colligatur à contrario sensu ex cap. Super eo, 5. de Condit. appos. ibi: *Ac conditionem ipsam canonica non improbent statuta.* Sed hæc conditions impertinent, nullo jure reprobantur; ergo possunt validè apponi. Probatur Minor; quia cap. fin. de Condit. appos. rejicit conditions turpes, quia incident ad peccandum; sed conditio impertinens ad nullum peccatum inducit: ergo null modo est rejicienda. Ita Sanchez.

Quem sequitur Aversa hæc quæst. 5. sect. 4. §. Quinto alterius, ubi sic scribit: *Hæc conditions inutiles, non sunt reputandas tanquam turpes, ut in iis habeat locum dispositio illa Canonis de conditionibus turpis, intellecta quoad vim suspensionis;* Ponit enim ibi vocabat conditions turpes, quæ essent illicitæ ad observandam, & quæ inducent ad peccatum, idemque presumebat, non ex animo apponi. Quod totum non procedit in aliis conditionibus, non illicitis, sed inutilibus. Si autem apponantur in vim obligationis, quando scilicet unus contrahens intendit tunc absolute contrahere, sed simul obligare al-

terum ad aliquid faciendum, sic dici possunt, conditions inutiles haberi pro non adjectis, id est, non obligare ad sui observationem: quia dum sunt inutiles, earum omissione non est estimabilis, & nullum dampnum infert parti, nec rationabilis querela occasionem. Sicut quidem in aliis humanis commerciis contingit. Hæc ille.

Quid ergo dicendum ad rationem oppositione sententia? Quàmvis (inquit Sanchez supera num. 4.) conditionem impertinentem adjicere Matrimonio, culpa aliqualis sit: non tamen est ex turpibus, quæ rejiciuntur à Matrimonio; quia non obligat, neque incitat alterum contrahentem ad aliquod peccatum in futurum admittendum, qualis est illa; *Si furtum feceris.*

Atque hæc latit de conditionibus impertinentibus, quæ sine dubio admittendæ non sunt ab eo, qui Matrimonio assistit, immò & ab his, qui contrahunt, minimè apponendæ; quia sine causa, qualis hic nulla est, non debet Sacramentum ministrari sub conditione, ut ex alibi dictis constat: interim si apponantur à contrahentibus, & admittantur ab eo, qui Matrimonio assistit, putamus cum Sanchio, Aversa, & Aliis, à Sanchio citatis, Matrimonium non esse perfectum, donec conditio impleatur, nisi aliud constet de voluntate contrahentium.

Venio ad conditions necessarias, quæ in duplice sunt differentia; nam aliquæ sunt necessariae per naturam, qualis est illa, qua ponitur primo loco in Conclus. *Si sol cras oriatur:* aliae per naturam sunt contingentes, per accidens autem ex aliqua suppositione necessaria; qualis est hæc: *Si Antichristus nascetur:* supponitur quippe ex revelatione divina infallibiliter nasciturus, tam ex natura sua contingenter.

Præterea: licet res aliqua certa sit, potest tamen ex aliqua parte esse incertitudo; v. g. certum est tempus, in quo fit aliquis pubes, scilicet decimo quarto anno; an vero ad id tempus perventurus sit, incertum est. Similiter etiam futurum aliquid certum est, quando autem futurum sit, incertum est: ut: *Si morieris; Si Antichristus nascetur;* certum enim est moriturum; certum nasciturum; incertum vero quando morietur, aut quando nascetur. Aliquando & futurum esse aliquid certum est, & tempus certum est, ut: *Si sol cras oriatur.* Denique potest esse, ut vel necessitas eventus futuri sit nota & certa, vel lignota & incerta ipsa contrahentibus. His prænotatis,

Incipio ab illis, in quibus DD. magis convenient, salvâ semper intentione contrahentium, à qua hæc res prorsus dependet;

604 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

cui sic legatum est, Cum pubes erit; familiado hoc erit dicendum. Idem enim expectat, ut eveniret, quod cogitabat ipsans, & hoc animo, ut si eveniret, legatus deberetur.

Si autem sciens dispositus, planum

alius cogitasse, non de his, que tunc

fuerant sive evenerant, I. Solem & Condit. & demonst. Solem acut, con-

in tempus liberorum uxori legit, de hinc

suffice, quos jam tunc uxor habuit, compa-

tur maritus. Et 1. 68. eod. Si uita legata

Cum nupserit: si nuptia fuerit, & hoc te-

scilicet, alterum Matrimonium erit ex-

dendum. Verba enim conditionalia in dis-

positu intelliguntur de futuro.

Dixit autem Jure-Consultus in d.

11. Quae iterum fieri possunt; quae si eveni-

ter non potest, condito habetur sive

plena, sive tenuerit, sive non. Signo-

ob rationem dictam; si vero locutus,

qua conditio est impossibilis, & habet

non adiecta: ut si dicatur: Contra-

si Titius pubes fuerit, ille jam pubes-

iterum pubes fieri non posse, impo-

nitio reputatur, & habetur prouida-

ta, si sciebat illum esse puberem. See-

cat Donel. lib. 8. c. 32. § Ille matrimo-

nium testatoris. Hucilquid Pontus

Ex quibus patet, quid dicendum in re

contrahentibus mente res futurae esse;

autem sit praesens aut praesens futu-

rius, non concludere argumentatione

de praeterito vel praesente, vel condi-

tione de futuro a parte conditionis con-

tingentem autem seu item apud contra-

entes.

Si autem futurus eventus alius con-

tentibus notus & certus: tunc in aucto-

riant (inquit Averla hic q. 5. Sec. 3.)

piò te in conjugem, si crastinatio sit ex

surgat, & ita intendant, quod dicetur

certum est, solem cras oriturum, ne-

ter accipio, jam plane coipo et ali-

validum ac firmum tale Matrimoniu-

mum, ita nunc statim conjugari inven-

rum, ita nunc statim conjugari inven-

que ex nunc firmum est tale conjugio.

Neque in hoc ulla differentia est, ut

stet etiam de tempore, quo effectuatur,

sive solum de substantia effectu firmi-

ve eventus sit necessarius ab invicem in-

ab extrinseco, sive in causis naturalibus

ex suppositione, aut Dei providentia in

hoc certitudo habeatur naturalis scientia,

ve revelatione divina. Quare penulti-

tim valeat Matrimonium contractum de

conditione; Si futurum sit universale pote-

re: Si nasciturus est Antichristus, aliive simile-

Quia in hoc nihil refert, unde provenient

cessitas ac certitudo: sed solum ambi-

470. 471. Nec obstat § Conditiones, Instit. de Verb.

Objectio ex  
§. 7. Instit.  
de Verb.  
oblig.

Solvitur.

Conditiones, quæ ad praesens vel praeteritum  
tempus referuntur, aut statim infirmant obliga-  
tionem, aut omnino non differunt: veluti: Si  
Titius consul fuerit, vel, Si Mœvius vivit,  
dare spondes? Nam si ea ita non sunt, nihil  
valet stipulatio; si autem ita se habent, statim  
valet. Quæ enim &c. ut sup.

472. Quamquam id indigeat aliquâ limitatione, quam invenio apud Pontium lib. 3.  
c. 1 n. 7. Si sciat, id, quod positum est in  
conditione, factum esse, & iterum fieri pos-  
se, expectandus est eventus, & conditiona-  
lis contractus est, donec iterum fiat. Si au-  
tem ignoretur, purus est contractus, &  
latis factum videtur conditioni, ac si esset de  
praeterito.

L. 11. ff. de Sic Jure-Consultus in l. 11. ff. de Condit.  
Condit. & demonst. Si jam facta sint, qua conditionis  
loco ponuntur, & sciat testator, quæ iterum fieri  
possum, expectentur, ut fiant; si vero nef-

L. 10. eod. siat presenti debeantur. Et 1. 10. eod. Si sic lega-  
tum sit: Si navis ex Asia venerit, & igno-  
rante testatore navis venerit testamento facti  
tempore: dicendum, pro impleta haberit. Et si

intentionem contrahentium, quæ eodem modo est determinata ad præsens, quâcumque viâ sciant futurum esse talem eventum. Hæc ille. Nec est, qui audeat contradicere.

Persequitur autem dicens: Poteſt tamē alia esse intentionem contrahentium, nempe, ut quâvis certi ſint de conditionis eventu, & nunc intendat contrahere, tamen non intendat, niſi pro eo tunc, quo re ipsâ talis conditio eveniet; ita ut idem velint dicere: Accipio te in conjugem, ſi cras sol oriatur; ac fiſcident: Accipio te pro eo puncto, quo folcas orietur. Quæ quidem non tam est conditionis ſuspendens certitudinem rei, quâm potius limitatio differens exequitionem ad aliquod tempus. Et ſub hac intentione, verè quidem contrahentes non perficiunt tunc ultimatum contractum, cum ſelē per verba illa accipiunt mutuò in conjuges: ſed ad ſumnum perficiunt, quando adimplebitur illius conditionis seu limitationis eventus. Haec est Averfa.

Idem ante ipsum docuerat Sanchez lib. 5. disp. 2. n. 4. Monuerim, inquit, ſep̄e apponi predictam conditionem, non tanquam conditionem, ſed tanquam temporis præfinitionem, & tunc non statim eſſe Matrimonium, donec tempus præfinitum accederet: ut quiſ diceret: Contraham tecum, ſi & quādo vel cras sol cras orietur. Hæc ille, cum Aliis multis, quos citat.

Unde infert Sotus 4. diſt. 29. q. 1. a. 1. poſt 2. conſlus. verl. Hinc colligitur. Si quiſ dicat: Contraham tecum, ſi pater meus moriatur, videti eam conditionem non adiectam eſſe tanquam conditionem, ſed tanquam temporis præfinitionem; & ſenſum eſſe, quando pater meus obiret: ſecūs (inquit hic Auctor) ſi dicas de preſenti: Contrabo tecum, ſi pater meus fit moriturus, continuò tenet Matrimonium: quia conditio eſt neceſſaria, & non ponitur ut deſignatio temporis.

Sed in his omnibus eveniibus (inquit Sanchez ſuprā) non tam verbiſ, quâm contrahentium menti inhaerendū eſt, quæ ſi conſtarē nequit, placet hæc conjectura Sotis, dum enim homines adjiciunt hanc conditionem: Si pater meus moriatur, non adjiciunt tanquam neceſſariam, ſed volunt utique ſe obligare, poſt patris obitum: quem tamē ſenſum nullatenus patitur en verborum forma: Si pater meus eſt moriturus. Hæc ille.

A quiibus non diſonat Sotus ſuprā dicens: In hiſ ergo & ſimiſibus diſcernendis prudenter opus eſt. Et Averfa ſuprā, dum ait: Quænam autem & qualis sit intentione contrahentium, attendi debet ex verbiſ ipſorum, aut etiam ex aliis circumſtantiis & adminiſtratiſ. Et quando aliud non conſtert aut appareat, cenſendum potius erit illos ſimpliſter & abſolute voluisse pro tunc contrahere, juxta

priorem ſenſum dictum, & pro tunc verè perficieſſe contractum. Ita Averfa.

Atque de hoc caſu intelligenda eſt Conclusio noſtra, quæ communis eſt, & probatur ex l. Si pupillus, §. Qui ſub conditione, ff. de Novatio. ibi: Qui ſub conditione ſipularur, que omni modo exitura eſt, purè videtur ſipulari. Et l. 7. ff. de Verb. oblig. Imposſibilis oblig. conditio cum in faciendo concipiatur, ſipulationibus obſtat: aliter atque ſi talis conditio inferatur ſipulationi: Si in eodem non alſcen-derit; nam hæc utilis & præſens eſt, & pecu-niam creditam continet.

Idem dicitur §. Si impossibilis, Infit. di In-util. ſtipul. ibi: At hæc ſipuletur: Si digi-Item ex §. 12. Infit. to cœlum non attigero, dare ſpondes? Purè ſipul. facta obligatio intelligitur, idque ſtatiu peti-potest. Et ratio eſt; quia cum jam conditio illa futura fit præſens, & dereminata in ſua cauſa naturali, non ſolum ſecundū ſe, ſed etiam ſecundū tempus, ita ut impossibile fit oppoſitum eſſe, ceneſtur jam implera. Auſtores pra hac ſententia vide apud San-chium ſup. n. 2. non cito eos, quia ſicut dixi, eſt communis tam Juriſperitorum, quām Theologorum.

Interim contendit Pontius ſuprā n. 12. obligatione iſtam ſuſpensam manere ul-que ad diem craftinum. Ex hiſ, inquit, quæ haec tenus conſtituta ſunt; quantum ego ju-dico, verè & conſentanea ad juris principiis; Si ſol ſec. colliges primò ſolutionem ejus, quod quæ-riuntur: An si quiſ ita contrahat: Ego tecum, morā tem-contraho, ſi ſol cras oriatur, contractum fit poris, juxta Matrimonium de præſenti. Ego enim pu-re contractum exiſtimō, ac ſuſpendi non conditione, ſed morā temporis; & hunc eſſe hujuſ conditioni ſenſum, niſi ex mente con-trahentium aliud conſtert, ſicut dicebamus in contractu ſub conditione: Si morieris; quia quod eſt certum viventi debitum iri, ut dicebam, non eſt ſub conditione. Conditio enim ponit in incerto. Quare obligatio quidem ab eo tempore jam eſt, ſuſpensa tamen ul-que ad diem craftinum. Quod ſecūs eſt in conditionali contractu, ut dictum eſt, cum non fit obligatio contractus ante eventum conditionis. Contractui enim & obligatio-ni puræ, non repugnat ſuſpendi morā, ſed ſuſpendi conditione. Hæc ille.

Sed quæro ego: Matrimonium hujuſmo-di ante diem craftinum perfectum eſt, ita ut Contra ar-ſit indiſſolubile mutuo conſenſu, & liceat quæ-riar. Si affirmaveris; inter-rogo, quid ergo eſt illa ſuſpensio obligatio-nis? Quis ejus effectus? An forte, quod ita conju-gati non poſſint petere debitum, aut non teneantur reddere ante diem craftinum? Sed neque tenentur reddere ante bimetre. Si negaveris, copulam eſſe licitam ante diem craftinum. Quomodo ergo illa obli-

606 *Disput. II. De Contraktu & Sacramento Matrimonii.*

gatio jam est? Nam si jam est obligatio Matrimonialis, jam est Matrimonium, & jam contrahentes sunt veri conjuges; copulam autem inter veros conjuges, quis negare potest esse licitam de per se loquendo?

*Oppositum docet Dicagi.* Hinc Dicastillo hic disp. 5. n. 119. Quandodo, inquit, non constat, appositam esse (conditionem necessariam) ad suspendum consensum, censendum est Matrimonium in utroque foro tam exteriori quam interiori ab solle statim valere ac perfici, nec solum obligare ex tunc, sed etiam pro tunc, quidquid in hoc ultimo videatur Basilius reclamare.

*481.* Sed juvat audire ipsum Basilium sup. n. 10 & 11. Quando, inquit, venturum esse diem, certum, est; incertum autem, quando eveniet, ut: *Si morieris, distingui debet. Aut enim assignatur tempus mortis alicuius extranei, ut: Contrabo tecum, si Titius moriarur;* quod quidem incertum est, an sit eventurum vivo eo, cum quo contraheo, vel mortuo, vim conditionis habet, suspenditurque contraetus obligatio ex conditione.

*482.* Idque constat exemplo, desumpto ex legato reliquo; si enim relinquitur legatum alicui: *Si alter moriarur, si legatarius decedat ante alterus mortem, non deberetur legatum,* quia potest vivo legatario non venire ea conditione, & probat textus in l. 1. § 2. de Condit. & demonst. *Dies autem incertus est, cum ita scribitur:* Hæres meus cum morietur decem dato; nam diem incertum habet ejus; & ideo si legatarius ante deceperit, ad hæredem ejus legatum non transfit: quia non cessit dies vivo eo, quamvis certum fuerit moriturum hæredem.

*L. 79. ff. cod.*

Probat etiam textus in l. 79. § 1. ff. eod. *Hæres meus, cum ipse morietur centum Tito dato, legatum sub conditione relatum est; quamvis enim hæredem moriturum certum sit, tamen incertum est, an legatario vivo dies legati non cedit, & non est certum ad eum legatum pervenitum.* Quare in hoc non recte loquitur Thomas Sanchez lib. 5. disp. 2. n. 5. & 6.

*483.* Unde si Matrimonium contrahatur sub hac conditione: *Si pater moriarur, suspenditur & conditionale Matrimonium est, & expectandus dies mortis patris, potest enim contingere, ut is, cum quo contrahitur, decedat vivo pare: hoc autem non tantum est, tempus esse præfixum contrahendo Matrimonio, ut putat Thomas Sanchez, sed conditionem positam, ut constat ex his, quæ dicam modo, & ex his diversis effectibus, quos habet obligatio in die, & obligatio sub conditione, quod non satis advertit Tho. Sanchez.*

*484.* Quod si designetur mors ipsius, cum quo contrahitur, aut cui relinquitur legatum, ut: *Lego tibi centum, si morieris: Contrabo tecum,*

*si morieris, purum quidem legatum est, atque contractus, nec conditione suspenderit, sed immorâ, ut ait Papinianus in l. Heres meu. E. de Condit. & demonst. Heres meu, cùm morietur Titius, centum ei dato, purum legatum est, quia non conditione, sed morâ suspenderit; ne potest enim conditione non existere. Quâdnu enim incertum sit, que die moriturus, quia tamen non potest dies mortis non venire, & quidem vivo legatario, aut eo, cum quo contrahitur, cùm certum est, vivent debitum iri, non potest esse sub conditione, quæ ponit in incerto, utrum res debent, an non.*

*485.* Unde & debetur legatum, & debetur etiam contractus Matrimonii vel alius tempore tamen mortis, non ante; is enim sedis est illius conditionis: *Si morieris, non, & mortuus fueris: effet enim impossibilis conditione, atque adeo habetur pro non aperte, sed cùm agit anima, & antea contractus est, neque perfectum Matrimonium, sicut fertur in diem mortis, tanquam in tempore destinatum, in quo contrahendum est.* quædadhuc Pontius.

*486.* Itaque secundum Basilius, si quindecimat: *Ego tecum contrabo Matrimonium, si tu eras oriaur, contractus non est, neque perfectum Matrimonium, sed referunt in diem contractum, tanquam in tempore definitum, in quo contrahendum est.* Infero ergo: quod ante illud tempus Matrimonium sub conditione confusu dissolubile est, & hanc de re carnaliter copulari, eodem modo, quo dissolubile est, & quo illicitum est carnaliter copulari ante eventum conditionis contingat: quæ enim disparuit? Nam in neutro casu Matrimonium est perfectum, sed perfectendum, quando advenit dies praetutus, aut evenier contingens conditio.

*487.* Et vero si Matrimonium sub conditione: *Si pater moriarur, suspenditur & conditionale Matrimonium est, ut vult Pontius, quia contingere potest, ut is, cum quo contrahitur, decedat vivo parre; cur hæreditate Matrimonium sub hac conditione: Si filia oriaur, non erit conditionale, cum pater contingere, ut is, cum quo contrahitur, decedat vivo pare: hoc autem non tantum est, tempus esse præfixum contrahendo Matrimonio, ut putat Thomas Sanchez, sed conditionem positam, ut constat ex his, quæ dicam modo, & ex his diversis effectibus, quos habet obligatio in die, & obligatio sub conditione, quod non satis advertit Tho. Sanchez.*

*488.* Unde non est similis casus, qui ponitur in l. *Heres meu*, sup. à Basilio allegata, quæ fieri non potest, quin aliquando debatur legatum, cùm tamen fieri possit, ut nunquam contrahatur Matrimonium, si videlicet anno diem contractum is, cùm quo sic contrahitur moriarur.

*489.* Deinde ad d. legem responderet Sanchez super-

suprà n. 8. aliud esse cùm conditio exprimitur per, *Si*, & aliud, quando exprimitur per, *Cum*; priori enim casu est vera conditio, & si est necessaria, cùm sit præsens in sua causa, senserit statim impleta posteriori autem casu non est conditio, sed temporis præfinitio, & ita suspendet legatum: & in hoc casu loquitur dicta lex: *Heres meus. Hæc ille. Benne,* an male, patebit ex intrâ dicendis.

Denique nota, quod ait Glos. in dict. l. verb. *Parum: Quod transmissionem, inquit, non ut statim possit peti.* Jam autem transmissio ad heredes, non habet locum in Matrimonio: ergo non valer hinc argumentum à legato, ad Matrimonium; cùm legatum possit habere aliquem effectum de præsenti, quem non habet legatum conditionale, secundum Matrimonium; vel assignet nobis Pontius illum effectum in Matrimonio.

Sed nunquid eadem est ratio conditionis necessaria ex natura sua, & conditionis necessaria per accidens tantum? Pontius suprà n. 13. sic ait: Secundò colligo, quid dicendum sit in eo, quod queri solet: Si quis contrahat cum aliqua: *Si Antichristus nascetur.* Nam Tho. Sanchez disp. citat n. 7. exigitur esse purum contractum, non conditionale, & idem docet Rebello lib. 2. de Matr. q. 10. sect. 14. & Theologi communiter. Qui non minus certum est, secundum fidem, Antichristum nasciturum, quâm solem oriturum, vel alium morituru.

Verius tamen est, quod docet Covarr. 2. part. c. 2. §. 2. n. 11. Henriquez lib. II. de Matrimonio c. 12. n. 4. & olim Adrianus q. 3. de Matr. dub. 16. & 17. esse Matrimonium conditionale; cuiusratio constat manifeste ex dictis. Nam licet certum sit, Antichristum nasciturum, at incertum est quo tempore, & die; & potest contingere, ut non nascatur vivo legataro, aut eo, cum quo contrahitur, & ita habet effectum suspensus. Quod enim in incerto ponit, non potest non esse conditio suspendens. Hæc ille.

Sed ad hoc jam responsum fuit; scilicet, etiam fieri posse, ut non vivat ille, cum quo contrahitur, quando cras sol oriatur. Magis itaque nobis placet sententia Sanchez; quia (inquit ille) contrahentes tam necessariam esse, supposita Scriptura, id testante, hanc conditionem: *Si Antichristus nascetur,* credunt, ac solem cras oriturum; & sicut hæc est jam præsens in sua causa proxima, ita illa in præsencia divina, nota contrahentibus ex Scripturæ testimonio; ergo in neutrō eventu videntur consenserit suspendere. Quare Glos. I. *Si pupillæ, 9. §. Qui sub conditione, verb. Qui sub conditione, ff. de Novat. &c. I. Quod si ea conditione, 18. statim in principio, ff. de Condit. indeb. exemplificat de conditionibus necessariis, ut: Si Antichristus nascetur*

*Si dixeris: omnis alia conditio, per se contingens, dici potest ab extrinseco, & ex suppositione divinæ providentie necessaria, atque adeò statim etiam valeret omne Matrimonium, sub illa initum.*

Respondeo: prorsus dici potest ab extrinseco necessaria; sed nunquid etiam ut talis, cognoscitur à contrahentibus? Manifestum est quod non, sed plerumque, etiam in nostra scientia & existimatione, contingentes sunt & dubiae, ideo contractus sub illis initus, manet quoque suspensus usque ad illarum eventum.

Quid ergo, si aliquis dicat: *Contraho tecum, si pubes fueris?* Suspenditur usque ad tempus pubertatis; fieri enim potest, ut non perveniat ad pubertatis annos; & id videtur probari ex I. *Si dies, ff. Quando dies legat.* *Si pubes fueris? Pro- &c. Si dies adposita legato non est: presens debatur sus- betur, aut confessio ad eum pertinet, cui datum pendere per est. Adjecta, quamvis longa sit, si certa est, ve-* *Quid dicen- dum de hac conditione: Si pubes* *luti Kalendi Januarii centesimus: dies quidem legati statim cedit, sed ante diem peti non potest.* *At si incerta, quasi cum pubes erit, cum in fa- miliam nupsorit, cum Magistratum inierit, &c. Quando dies est.*

*Et l. 22. eod. Si Tito, cum is annorum quatuordecim esset factus, legatum fuerit, & is ante quartum decimum annum decesserit, verum est ad hæredem ejus legatum non transfire: quoniam non solum diem, sed & conditionem hoc legatum in se continet, si effectus esset annorum quatuordecim: qui autem in rerum natura non esset, annorum quatuordecim non esse, non intellegitur. Nec interest utrum scribatur: Si annorum quatuordecim factus erit, an ita: cum priore scriptura per conditionem tempus demonstretur, sequenti per tempus conditio; utrobius tamen eadem conditio est. Ex quibus ultimis verbis patet, responsionem Sanchez, suprà allatam ad leg. *Heres meus,* non omnino subfistere.*

Ceterum, si conditio est, cum illud quod promittitur, aut relinquitur, in aliquem causam differtur, §. Sub conditione. Inst. De Verb. oblig. *Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquam causam differtur obligatio, ut si ali- quid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio, velut: Si Titus consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?* Si, inquit, hoc verum est, cum dies pubertatis venire possit, & non venire, planè pro conditione erit.

In quo vides, inquit Pontius suprà n. 9. magnum esse discrimen inter ea, quæ ita modo necessaria sunt in futurum, & quæ sunt præsencia & præterita. Nam hæc jam nullum causarum concursu impediri possunt, cum facta infecta esse non possint, & ita non morantur obligationem ex initia nostra: at Pontius, verò quæ futura sunt, etiam si pendent ex

caufis

causis naturalibus & non liberis, impediri multis modis possunt; & ita non solum incerta nobis sunt, sed ex se ipsis, & secundum ordinarias leges impedibilia, cum impediri non raro contingat; quare suspendunt & vim conditionis habent. Hæc ille.

Porrò si à me queritur; an id, quod hæc de conditionibus, dicendum quoque sit de modo & demonstratione & causa, ita ut si hæc contrariantur Matrimonio, illud vitient. Si sint honesta, illud suspendant: si turpia aut impossibilia, rejiciantur. Respdeo & erit

## CONCLUSIO XI.

Modus contrarius substantiæ, aut bonis Matrimonii, illud annulat: impossibilis & turpis rejicitur: honestus & possibilis non suspendit. Ut nec demonstratio vel causa, per se loquendo.

494.  
Quid hic  
voceatur mo-  
dus.

**M**odus hic vocatur, adjectio certi oneris, ad quod volumus obligare contrahentem. Vel sic: Modus est obligatio aliquid praestandi, adiecta contractu ut onus, & non ut conditio. Ordinariè autem explicatur per conjunctionem: *Ut: ex. g. modus contrarius bonis Matrimonii: Contraho tecum, ut te adulterandam prebeas; ut procures venena sterilitatis &c. non contrarius: Ut des mibi centum; ut digito celum tangas; ut me adjuges ad furandum.* Hoc supposito.

459.  
Duplici in-  
tentione po-  
test Matr.  
apponi ali-  
quis modus  
contrarius,  
ex Aversa,

Quod attinet ad modum contrarium, si consensus contrahentium sit ita limitatus, ut non intendant perficere Matrimonium, nisi sub tali obligatione, sive nisi subtrahata obligatione de fide conjugali servanda, aliique bonis Matrimonii, sic planè non valet Matrimonium; quia ad illud requiritur consensus absolutus & adequatus de omnibus iis, quæ spectant ad ejus substantiam.

Si autem consensus contrahentium sit quidem absolutus & adæquatus, de subeundi omni obligatione essentiæ Matrimonii, sed simul inquit intendant, sibiique promittant & pacificant, non observare talem obligationem: sic dici potest valere Matrimonium; quia ipse consensus conjugalis, quamvis adjunctam habeat aliam pravam intentionem, tamen in se non est limitatus, sed simpliciter absolutus quantum ad valorem Matrimonii. Ita Aversa sup. sect. 7. §. *Quod si modus.*

496.  
In quo mo-  
dus distet à  
conditione.  
Sanchez.

Atque hujusmodi semper esse consensum contrahentium, dum apponitur modus contrarius, docent non pauci apud Sanchez suprà disp. 19. n. 4. quia (inquit) modus in hoc distat à conditione, quod conditio suspendit

actus perfectionem, ita ut ante ipsius im-  
mentum validus minimè sit: at modum  
suspendit, sed advenit actui perfecto, facie  
que valet actus, & alter obligans man-  
modi implementum, ut: *Dona tibi spu-*  
*facias hoc*, vale statim donatio, & tem-  
donatarius implere modum, l. 1. 2. & 3.  
de Donat. quæ sub modo. Item: quia non  
non ad naturam contractus spectat, sed al-  
nem intentum per contrahentem. Iisque  
ponens modum contrarium, ab solu-  
præsentis confitit in Matrimonio, &  
conditionate solum, si alter velut fulcitur  
illam obligationem, sicut quando ponit  
per modum conditionis propriæ dicitur.

Nihilominus Conclusione nullum  
cet Sanchez suprà n. 5. & probat 1. et 2.  
Condit. appos. ubi haberet, intentionem  
*Contraho tecum, donec pulchriorem* in-  
ipsum vitare, tanquam ejus substantia  
triarum, & tamen est eadem ratio de-  
ditione, & de modo; nam siue inter  
suspedit di positionem, sed adver-  
sationi perfectæ, ita hæc conditionis  
liter modus contrarius substantia.

Probat 2. ex 1. *Per servum, ut fructu-*  
leg, sequenti, ff. de Ufu & habet ob-  
fructus legetur absque ulo, diligetur  
in eadem oratione, eodemque concur-  
gatum fieri, ut tunc legatum in modis, &  
quod inutilis fit usus fructus ab ipso in  
diversa oratione fieri; *tunc enim rebus*  
gatum usus fructus, rejicitur ob ipso;  
ergo similiter quando eadem sententia con-  
textu contrahitur Matrimonium sub modo  
repugnant & incompatibiles videntur Ma-  
trimonium; scilicet quando Matrimonium per  
contracto advenit modus contrarius.

Probat 3. quia modus in contractu  
pacatum à contractu separatum inducere  
vendo tibi domum, ut facias hoc, non  
duo contractus diversi & separati, *sed*  
ergo quando modus est contrarius Ma-  
trimonio, habet in ipso sui initio, contrac-  
timoniū vitium.

Probat denique; quia obligatio de  
contra substantiam & bona Matrimonii  
lit essentiam Matrimonii; sed contractus  
modo, obligatur ad illum modum ar-  
dum; ergo obligatur ad aliquid repug-  
nit essentia Matrimonii, quando is modus  
essentia contrarius, & consequenter re-  
latur Matrimonium. Hac ille pro nobis  
& sua sententia.

In quam etiam nonnulli propounderet  
stillo hic disp. 5. n. 22. quamvis oppo-  
dicat satis probabilem, ibi: *Hec senten-*  
*cunda sententia satis probabile est.* Una-  
utramque sententia satis problematica de-  
dere, primum mihi esset & facile. Nihilom-  
inus

nus non nihil propendo in primam sententiam.

Quod, inquit, ut explicem, suppono id, quod in utraque sententia, immò absolutè admittendum est, scilicet neutrius contrahentium consensum debere aliquid intendere, quod sit contra substantiam Matrimonii. Unde sicut contra substantiam Matrimonii est, ipsum velle se obligare ad adulterandum, ita etiam contra substantiam Matrimonii est, velle, ut alter se obliget ad adulterandum; utrumque enim est contra bonum Matrimonii, scilicet fidem, aut etiam prolem. Unde qui vult contrahere Matrimonium cum altero, in quo oriatur obligatio adulterandi, non habet voluntatem essentialiter requisitam ad Matrimonium; quia habet & de 1. parte Conclus.

Secunda pars, quæ ait: *Impossibilis & turpis modus rejicitur*, satis patet ex cap. fin. Probatur de Condit. appos. ubi similis conditio proprie dicta, sive suspensiva, rejicitur à Matrimonio: ergo à fortiori modus, cùm hic non suspendat contractum, sed adveniat contractui jam perfecto. Confirmatur: quia in aliis contractibus, ubi conditio impossibilis viciat, modus impossibilis non viciat, sed rejicitur; ac si appositus non esset, ut plerique docent; ergo à fortiori in Matrimonio, ubi conditio impossibilis rejicitur, ut vidimus Conclus. 8. rejicitur & modus. Et ita communiter sententi DD.

Quæ si vera sunt (ut putamus) certè parvam video probabilitatem oppositæ sententiaz, seclusa speciali intentione contrahentium, id est, nisi inefficaciter tantum velint obligationem contrariam substantias Matrimonii; quia scilicet potius volunt obligationem matrimoniale inducere, quam obligationem ad adulterandum, si utraque non possit simul subsistere, sicut revera non potest. Vide dicta Concluſ. o.

Quid ergo respondendum ad argumenta  
oppositæ sententie? Sanchez supra num.  
12 ad primum ait: quando modus non con-  
trariatur, repugnatque ipsi actui, tunc non  
vitare, nec suspender; sed accidere actui  
perfecto: at quando repugnat, cum impli-  
cer repugnantiam ipsius actus valori & per-  
fectioni, vitiare. Ad secundum dicit; non  
pertinere ad naturam contractus, quan-  
do ipsi non repugnat; scilicet quando repug-  
nat.

Sed dicit aliquis; hoc est quod queritur,  
& probatum oportuit, non suppositum.  
Respondeo: satis probari ex iam dictis; eo  
semper falso, ut à principio contractus  
Matrimonii haberit voluntatem imponen-  
di comparti obligationem contrariam obli-  
gationi matrimoniali; alioquin si à princi-  
pio illa obligatione non cogitaverit, sed  
absolutè & simpliciter contrarerit Matri-  
monium, quāvis postea imponat illam

obligationem, firmum equidem manere  
Matrimonium, nemo dubitat. Atque hæc  
de 1. parte Conclus.

Secunda pars, quæ ait: *Impossibilis & 502.*  
*turpis modus rejicitur*, satis patet ex cap. fin. Probatur  
de Condit. appos. ubi similis conditio pro- secunda pars  
ad dico. sed si se falso accidit. Ma. Conclus.

prüdicta, five suspensiva, rejicitur à Matrimonio: ergo à fortiori modus, cùm hic non suspenderat contractum, sed adveniat contractui jam perfecto. Confirmatur: quia in aliis contrahitibus, ubi conditio impossibilis vivitat, modus impossibilis non viviat, sed rejicitur; ac si appositus non esset, ut plerique docent; ergo à fortiori in Matrimonio, ubi conditio impossibilis rejicitur, ut vidimus Conclus. 8. rejicitur & modus. Et ita communiter sentiunt DD.

Nec video, quid possit objici, salvâ semper intentione efficaci contrahendi Matrimonium, hoc est, contrahendi Matri-monium, etò nulla obligatio oritur ex modo adjecto, sive ad modum adjectum, sicuti reverâ nulla oritur, iuxta Reg. 6 de Reg. 6. de Reg. juris in 6. Nemo potest ad impossibile Reg. juris (tam de facto, quam de jure) obligari.

Sed quid dicam de modo honesto? Conclusio certa est, quæ docet, eum non suspendere obligationem matrimonialem, sed Matrimonium validum & firmum permanere, tametsi postea modus non adimplatur.

hic, tamen potest modus non adimpicatur; quippe in hoc distinguitur modus à conditione pressè sumpta, quod, quamvis

vis utrumque sit in futurum, conditio tam  
en suspendit dispositionem, ut vim non  
habeat; quosque conditio impleatur, at-  
que dependente ut impleatur: modus au-  
tem dispositionem non suspendit, sed vim  
habet, antequam modus adimpleatur; arg.  
1.4.1. ff. de Contrah. empt. *Cum ab eo, qui*  
*fundum alii obligatum habeat, quidam sic*  
*emptum rogasset, ut esset is sibi empis, si*  
*eum liberasset, dummodo ante Kalendas Ju-*  
*lia libaret: questum est, an utiliter age-*  
*re possit ex emplo in hoc, ut vendor eum libe-*  
*raret. Respondit: Videamus quid inter emen-*  
*tem & vendentem actum sit. Nam si id actum*  
*est, ut omni modo intra Kalendas Iulias ven-*  
*ditor fundum liberaret, ex emplo erit actio,*  
*ut liberet: nec sub conditio emplo facta in-*  
*telligetur: veluti si hoc modo empirio intervo-*

gaveris. Erit mihi fundus emptus, ita ut  
cum intrā Kalendas Julias liberes; vel, ita  
ut cum intrā Kalendas a Tito redimas? Si  
verò sub conditione facta a empto ēs, non poteris  
agi, ut conditio impleatur.

Quare dicendum est (inquit Sanchez  
supra numer. 9.) si modus ille honestus  
& possibilis, cedat in apponens favorem,  
ut: *Contrabo tecum, ut mibi des centum?*  
valerer statim Matrimonium, at alter  
nebatur modum adimplere: si verò mo-

610 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

dus sit gratia tantum alterius contrahentis:  
ut: *Contraho tecum, cum decem libris, ut  
habeas unde emas tibi fundum, ad nil teneri;*  
ut habetur expressè l. 71. in principio ff. de  
Condit. & demonst. *Titio centum, ita ut fun-  
dum emat, legata sunt. Non esse cogendum Ti-  
tium cavere, Sextus Cæcilius exigitur. Ra-  
tio subditur: Quoniam ad ipsum dumtaxat  
emolumen legati rediret.*

L.71. ff. de  
Condit. &  
demonst.  
  
L.6.C.de  
LL.  
C.16.de  
Regular.

Reg. 61. de  
Reg. juris  
in 6.  
L.6.C.de  
LL.  
C.16.de  
Regular.

Jam autem, ut habet Reg. juris 61. de  
Reg. juris in 6. *Quod ob gratiam alicuius  
conceditur, non est in ejus dispendium reto-  
quendum. Et l. 6. Cod. de Leg. Quod favo-  
re quorundam constitutum est, quibusdam  
casibus ad lesionem eorum nolumus inventum  
videri. Item cap. Ad Apostolicam, 16 de Re-  
gul. ibi: Utique renuntiare videtur ei, quod  
pro se noscitur introductum. Cum ergo in  
casu proposito, ille modus pro altero tan-  
tum contrahente si introductus, poterit  
ei renuntiare, & sic patet, quod ad nil te-  
natur.*

Sed nunquid hic audiendi Hoffiensis, c.  
An hic ad-  
mittenda  
distinc<sup>tio</sup>  
Hoffensi<sup>s</sup>  
& Iean.  
Andr.  
  
De illis, ad finem, & ibi Joan. Andr. n. 3.  
initio, ubi sic distinguunt: si modus non pen-  
deat ex arbitrio & voluntate tertii, non sus-  
pendit, ut: *Contraho tecum, ut des centum.*  
Si autem pendaat, suspendit, ut: *Contraho  
tecum, ut pari placeat?* Num, inquam, haec  
distinc<sup>tio</sup> subsistit? Minime; quia & hic  
modus differt à conditione suspensiva. Et  
discrimen solum erit: quod quando mo-  
dus dependet à voluntate solius contrahen-  
tis, hic debet illum exequi: quando verò  
dependet à voluntate alterius, debet pro-  
curare, quantum in se est, ut ab altero adim-  
platur. Itaque melius dicitur, in neutro ca-  
su hujusmodi modum suspendere obligatio-  
nem Matrimonii.

506. Prout etiam non suspendit demonstratio  
vel causa, sicut dicit ultima pars Conclus.  
que restat probanda. Intelligitur autem de  
causa vel demonstratione cuiuscumque qua-  
litatis, sive sit turpis, sive contraria sub-  
stantia Matrimonii, sive vera sit, sive fal-  
sa, ut: *Accipio te, quæ, vel, quia es sterili,*  
vel, *quia procuras venena sterilitatis.* Atque  
sic intellecta.

Prima pro-  
baio.  
L.33. ff. de  
Condit. &  
demonst.  
  
L.17. cod.

Probatur 1. quia falsa demonstratio non  
viciat legatum, l. 33. ff. de Condit. & de-  
monst. *Falsa demonstratio neque Legatario,  
neque Fideicommissario nocet, neque heredi in-  
stituto. Velsit si fratrem dixerit, vel sororem, vel  
nepotem, vel quodlibet aliud.*

Similiter nec falsa causa, l. Demonstratio,  
ff. cod. ibi: *Quod autem juris est in falsa de-  
monstratione, hoc vel magis est in falsa causa;  
veluti ita: Titio fundum do, quia nego-  
tia mea curavit. Item: Fundum Titius fi-  
lius meus præcipito, quia frater ejus ipse  
l. 72. cod. ex arca tot aureos lumpit: Licit enim fra-*

ter buja pecuniam ex arca non sumptus; utile  
legatum est. Item l. 72. ff. cod. ibi: *Fal-  
sa causam legato non obesse, verius est; qua-  
tio legandi, legato non coheret, sed plenaria  
doli exceptio locum habebit, si probatur, aliud  
gaturus non fuisse. Ergo etiam verius est, si  
causam vel demonstrationem non ob-  
esse Matrimonio, quod favorabilis est, si  
probetur, alijas contracturus non fuisse.*

Probatur Conclus. secundò; que, que  
Matrimonium variat, vel vitant, de-  
bent ad substantiam seu vim contractu-  
stare, sed demonstratio & causa non spe-  
cificant ad substantiam consensu matrimo-  
nialis, sicut spectat conditio; sed tantum  
pertinent ad opiniones rerum, quas con-  
trahentes conceperunt, vel ad causas, que  
ad contrahendum ipsos movent; unde non  
injiciunt parti aliquam obligationem, sed  
tantum significant opinionem, vel obli-  
gium alterius, vel causam quare con-  
trahit. Ergo nullo modo variat Matri-  
monium.

Et confirmatur; quia error demonstratio-  
nis aut causæ, qualiscumque sit, servat  
Matrimonium, nisi sit error per se  
conditionis, ut suo loco diximus; non  
tollit consensum abfutum.

Tandem: quia demonstratio, aut causa,  
non se habent ut objectum, vel parvum  
contra<sup>tus</sup>, sed antecedenter & quasi mo-  
vum; ergo non irritat.

Dixi autem in Conclus. *Per si bona, scilicet*  
quia si error demonstratio, aut causa, re. Error de-  
ducatur ad errorem per se, non conditionis, magis  
nullabit Matrimonium: ut: *Contraho te  
cum, quia, vel, quia es libra, ut primogenita  
Petri, si non esset libera, aut non esset pri-  
mogenita, foret nullum Matrimonium, non  
ratione falsitatis causa; aut demonstratio  
sed ratione erroris personæ, aut conditionis.*  
Quia quāvis ea causa, aut demonstratio  
non adiiceretur, adhuc ex tali em-  
tractum Matrimonium, invalidum  
unde deseruit demonstrationis aut causa  
positio, ad transferendum probacionem  
in alterum. Ut: *Contraho tecum, quia, vel,  
que es libra, tenetur feminina probare, em-  
scivisse esse ancillam.* Vide Sect. 7 Con-  
clus. 1. & 2.

Considerandum quoque venit, quod ca-  
sa & demonstratio aliquando apparet  
per modum conditionis, & tunc de illis  
dicere debemus, veluti de conditionibus.  
Exemplum sit: *Contraho tecum, que de-  
tantam dotem, licet enim videatur demo-  
stratio; ut est sensus conditionalis, puta si  
dederis tantam dotem. Saltem potest esse  
hic sensus. Unde tunc cum res sit dubia,  
maxime consylenda est intentio contrahen-  
tium, & secundum illam judicandum, vel*

irritum Matrimonium, si non dederit tam dotem, vel validum & firmum, si dederit; vel si contrahens per illa verba solum voluerit significare suam credulitatem de dote danda, quia tunc manet intra limites demonstrationis.

Iraque, per se loquendo, nisi aliud constet de mente contrahentium, demonstratio solum significat hujusmodi credulitatem, seu judicium, & causa motivum extinuum contractus: quamvis non absoluta fieri possit, ut non intendant contrahere, nisi illa qualitas, quae pro motivo adducitur, subsistat. Vide quae latius diximus de hac re loco supra citato.

Finem Conclusionis & Sectioni imponet

510. Quid operis resolutio hujus questionis: Quid operetur tempus, Matrimonio appositorum, v.g. *Duce te uxorem in crastinum?* Sanchez (inquit Dicart. hinc disput. 5. num. 219.) videtur negare, suspendi contractum, lib. 5. disput. 19. num. 11. Probat vero; quia licet dies assignata cum aliqua voluntaria conditione, quae posset evenire, & non evenire, suspendat obligationem, quis tempus cum illa conditione adiecta, non est necessariò venturum, ut: *Lego tibi pro sequenti anno, si vixeris, ducatos centum*, quia potest non vivere legatarius, quando veniet sequens annus. Si tamen solum dicat: *Lego tibi pro sequenti anno centum*, cum illud tempus necessariò sit venturum; obligatio non suspenditur, sed statim vim habet, licet non solvendi statim, sed adveniente anno.

Sic ergo putat, quando quis dicit: *Duce te uxorem in crastinum*, non suspenditur contractus, quia dies crastina absolute necessariò est futura; & licet ibi intelligatur conditio: *Si vixeris*, tamen ea conditio in Matrimonio necessaria est, & non liberè posita, sicut in legato; quia etiam mortuus esset, poterat legari, ut ad hæredes transferret, id est putat Sanchez non suspendere, sed statim valere.

Coninck vero & Hurtado apud Perez, qui eos refert, & sequitur, probabilitus sentunt, sicut & alii DD. suspendere Matrimonium, usque ad illud tempus, eo vero tempore adveniente, si confensus non sit revocatus, neque adit aliud, quod impedit, itatim Matrimonium valere, absque nova repetitione consensus. Ratio est; quia tempus ad id ponitur, ut usque ad illud suspendatur id, cui tempus apponitur & tempore adveniente incipiatur valere, & sensus est: Ex nunc volo & consentio, ut cras incipias esse mea uxor, idque potest sic fieri ex voluntate contrahentium. Hæc ille.

Sed notandum, quod Sanchez in principio illius numeri 11. quem citat Dicart. solum loquatur de sponsalibus, quamvis in

progressu mentionem faciat etiam Matrimonii. Hæc sunt verba Sanchez: Ultima Conclusio: Si sponsalia contrahantur in sponsalia diem, ut: *Contrabam tecum, abhinc uno anno* <sup>contra factum in certum diem statim sunt pura, & obligant, ex Sanchez;</sup>

<sup>no, quamvis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspenduntur, sed statim sunt pura & obligant. Quia quamvis dies, habens annexam tacitam conditionem voluntariam, quæ potest adjici, & non adjici, suspendat obligationem, ut in legato annuo, in quo virtute plura legata continentur, l. Senatus, 35. §. fin. ff. de Mort. cau. donat. primi anni legatum est purum, sequentium autem conditionale, ut notat ibi Glosso verb. *Multa*, per l. *Si in singulos*, ff. de Annuis legatis; perinde enim est, ac legare quolibet anno, si legatarius vixerit: unde obligatio secundi anni non cedit ante primam diem secundi anni: quia conditio tacita: *Si vixerit legatarius*, suspendit. Unde non transmittitur legatum illud ad legatarii hæredes, poterat enim legare testator illi & hæredibus: & proinde conditio: *Si vixerit legatarius*, fuit voluntaria.</sup>

At secundus est, ubi ea conditio est omnino necessaria, ut contingit in Matrimonio & sponsalibus, ubi conditio: *Si vixerit*, est omnino necessaria: & tacite necessariò intelligitur, & id est non reddit actum conditionalem. Præterea; quia id, quod in diem stipulamus, statim quidem debetur, quamvis ante diem istam exigi nequeat. Hucusque Sanchez, citans Palud. 4. dist. 29. Paludanus:

q. 2. a. 4. n. 24.  
Et quidem de sponsalibus idem docet Coninck disp. 29. dub. 4. n. 43. dicens: Promittentes sibi mutuo inire inter se Matrimonium post unum annum, statim contra-hunt sponsalia, quia statim obligantur, ut elapsi anno Matrimonium ineat.

At vero de Matrimonio, oppositum sentit num. 44. Dies, inquit, adiecta Matrimonio per verba de præsenti; statim ut advenit, efficit illud ratum, non ante, v.g. dicens: *Accipio te in meam & in meum post tres dies*; statim elapsi tertio die sunt conjuges, nisi interim revocent consensum. Quia dies ita adiectus, similiter suspendit contractum atque conditio. Nam sicut contrahens sub conditione futura, non vult contractum esse perfectum, antequam ponatur conditio: ita contrahens dicto modo in diem, intendit, ut contractus non sit perfectus ante illum diem. Et sicut conditio postea adveniens, & cognita partibus, his significat utriusque consensum jam esse ab-solutum, & ita contractum perficit: ita etiam dies adveniens, ita ut contractus pro hoc tempore sit omnino perfectus, & incipiatur esse conjuges.

H h h - 2

Hæc

513. Idem docet Coninck.

514.  
Differentia  
inter condic-  
tionem &  
diem.

Hæc tamen est differentia, quod conditio, cum possit esse, & non esse, efficiat, ut partium consensus sit adhuc ambiguus, nec habeat magis rationem absoluti consensus quam dis- sensus. Dies vero cum certò sciatur ventura, efficit consensum ab initio determinatum & absolutum, sed qui ante tale tempus non fit perfectus & sufficiens, ut cauter suum effe- stum. Unde si alteruter ante diem consti- tutum moreretur, aut revocaret consensum, nunquam inter eos esset Matrimonium.

Unde hic contractus simili est donatio- ni, mortis causâ factæ; nisi quod hæc licet ante mortem revocetur, ille vero, nisi subiecta justa causa, illicite revocetur. Quod si in- men accideret causa sufficiens ad irrande sponsalia, licet revocare. Hæc enim Con- ninc. Cui lubens subscrivo, procedens a Sanc- chio, si forte plus aliquid velit, quod non puto. Et quia nihil aliud succurrat, haec limes præsentis Conclusionis & Sec. Sc. quitur

## SECTIO IX.

### DE MATRIMONIO CLANDESTINO.

1.  
Matr. dicitur  
clandestina  
Matrimonium tri-  
bus modis.

**G**lossa in c. fin. de Clandestina def- ponatione, verb. *Clandestina*, sic inquit: *Dicitur clandestinum Matrimonium tribus modis. Uno modo*

*cum non habentur testes, supra cap-*  
*proximo. Secundo, cum non sit cum solemnitate,*  
*30. q. 5. Altero. Tertio dicitur clandestinum,*  
*quod sit contra tenorem hujus constitutionis, vi-*  
*delicet non præmissa denuntiatione.*

Holtiensis,  
Abbas.

Holtiensis vero, inquit Abbas ibi, ultra hanç Gloss. enumerat alios modos, & tandem dat regulam generalem, dicens: quod Matrimonium contractum contra prohibitionem Ecclesiæ generalem vel specialem, expressam vel tacitam, dicitur clandestinum, & haber locum poena hujus cap. Hæc ille. Qui propterea citatur pro hac sententia, quam & Alii plures docent apud Sanchez lib.

3. disp. I. n. 1.

Initi autem potest huic fundamento, ut notari Sanchez ibi: quia cum proprie Matrimonium clandestinum id dicatur, quod clam, & non in facie Ecclesiæ celebratum est, eo nomine notari meretur etiam id Matrimonium, quod indignum est, ut in con- spectu Ecclesiæ appareat, ab eaque approbe- tur; tale autem est omne Matrimonium, quod contrahitur contra prohibitionem Ec- clesiæ, puta, sine testibus; contra fidem priorum sponsalium; ante legitimam ætatem; tempore quo nuptiarum solemnitas ab Ecclesia interdicta, vel sine denuntiationibus. Immo & illud, quod consummatur ante nuptiales benedictiones.

Interim putar Sanchez supra n. 3. ratio- ni conformius esse, ut duo tantum sint Matrimonii clandestini species. Clandestinum enim (ut nomen ipsum præfert) dicitur, quod clam sit; unde id solum Matrimonium dicetur clandestinum, in quo aut testes deficit, & proinde clam omnino celebratur; aut denuntiationes, ad perfectam ejus pu- blicationem ab Ecclesia petitæ, desideran-

tur: cæteris enim solemnitatibus sicut non clandestinum, sed minus solemnem- pellabatur: Hæc ille, cum Aliis, quoniam Quibus addit Baillium Pontium lib. 1. n. 1. Dicunt. hic disp. 3. n. 2. Coniuncti cram. disp. 27. n. 1.

Verum enim verò cum etymologi- minis sepius fallat, & nomen non multa significet, quam ratio nominis permittat, dicet aliquis, in praetextu istius: Poruit quippe Ecclesia extendere illud no- men ad significantum omne Matrimonium, quod contra suam prohibitionem cele- bratur, aut consummatur: & multi doctores non infirmæ notæ, putant secundum

Respondeo: etiam plures fin. qua- stiment, non sic extensibili, neque non minoris sunt auctoritatis, & nemo etymologica nominis eis faveret; ergo potius plus adven- rendum; cum nihil sit, quod cognoscere, nam fundatum oppôdere sententia, cum ostendit, si potuisse ab Ecclesiæ non autem sic factum fuisse a de- dicti ab Ecclesia. Immo non factum sed detur factis insinuari à Concilio Te- less. 24. In Decreto de reform. Manu- ubi solum sit mentio denuntiationis, & præsentis Parochi cum duobus testibus, & in progressu clarius apparet. Suppongo Concilium, per Matrimonio clandes- tina, de quibus ibi tractat, solum intelligi propriè loquendo Matrimonia, que con- trahuntur vel sine Parocho & testibus, ut certè sine denuntiationibus. Hoc pre- tato: Dico primò:

B  
Sacra  
matrimonio